latenter evocans ait. Loquere ei
in via et persuade ei ut loquatur. Et siquidem
persuasus respondeat decolla eum. Si vero non
responderit reduc eum ad me. Ducebat
autem secundus a speculatore ad locum tor-
mentorum qui dixit. O secunde quare taces
loquere et vives. Sed ille intrepidus silencium
mortem taciturnus expectabat. speculator itaque
ducens eum ad locum destinatum ait illi extende
cervicem et suscipe in ea gladium. ille extendens
cervicem silencio vitam postposuit apprehendens
igitur eum venit ad adrianum dicens secundum
usque ad mortem tacuisse.

Tunc adrianus admirans philosophi constanciam
dixit ei quia legem istam silencii quam tibi ipse
proposuisti. Nullo modo solvere potest. sume tabulam
istam scribe et saltem manu tua loquere. accipiens
secundus tabulam scripsit in hunc modum
Ego quidem adriane nichil te timeo quia
princeps huius temporis videris existere me
quidem occidere potes. Sed vocis mee proferende
nulla tibi potestas est. Adrianus itaque legens
ait. Bene excusatus es. Sed adhuc tibi
quedam problemata propono ut ad hec michi
respondeas. Quorum primum est quid est mundus
ille rescripsit. mundus est incessabilis circuitus
spectabilis supplex multiformis formacio eternus
tenor circulus sine errore. Quid est oceanus
mundi amplexus terminus coronatus hospicium
fluminum fons ymbrium. Quid est deus
immortalis mens in contemptibilis celsitudo
forma multiformis incogitabilis inquisicio
inspiratus oculus omnia continens lux bonum
bonum. Quid est sol celi oculus calor
circuitus splendor sine occasu diei ornatus
horarum distributor. Quid est luna celi
celi purpura solis emula maleficorum
inimica solamen iter agencium directio nautarum
signum solempnitatum largitoris presagium
tempestatum. Quid est terra basis celi medie
ditulium mundi fructuum custos et mater operculum
inferni mater nascencium nutrix viventium
devoratrix omnium celarium vite. Quid est
homo mens incarnata. phantasma temporis
speculator vite mancipium mortis transiens
viator loci hospes anima laboriosa parvi
temporis habitaculum. Quid est pulcritudo
flos marcidus carnalis felicitas humana
concupiscencia. Quid est mulier hominis

o insatiabilis bestia, continua sollicitudo, indesinens pugna, viri incontinentis naufragium, humanum mancipium. Quid est amicus? desiderabile nomen, homo vix apparens, infelicitatis refugium, indesinens felicitas. Quid divitie? auri pondus, avaritie minister, delectatio iniocunda, insatiabilis invidia, desiderium inexplebile, os excelsum in iusta concupiscencia. Quid est paupertas? odibile bonum, sanitatis mater, curarum remocio, sapiencie repertrix, negocium sine dampno, possessio absque calumpnia, sine sollicitudine felicitas. Quid est senectus? optatum malum, mors viventium, incolumis languor, spirans mors. Quid sompnus? mortis ymago, laborum quies, infirmancium votum, miserorum desiderium. Quid est vita? beatorum leticia, miserorum mesticia, expectacio mortis. Quid est mors? eternus sompnus, divitum pavor, pauperum desiderium, inevitabilis eventus, latro hominis, fuga vite, resolucio omnium. Quid est libium? proditor animi. Quid est corpus? domicilium anime. Quid est barba? sexus discretio. Quid est cerebrum? custos memorie. Quid frons? ymago animi. Quid oculi? duces corporis, vasa luminis, indices animi. Quid est cor? receptaculum vite. Quid iecur? caloris custodia. Quid fel? suscitacio iracundie. Quid splen? risus et leticie capax. Quid stomacus? ciborum coquus. Quid ossa? robur corporis. Quid pedes? mobile fundamentum. Quid est ventus? aeris perturbacio, mobilitas aquarum, siccitas terre. Quid sunt flumina? cursus indeficiens, refectio, irrigatio terre. Quid est amicicia? equalitas animorum. Quid fides? ignote rei miranda certitudo. Quid est quod licet homini largissimum fieri non sinunt lucrum.

Huic successit Sixtus natione Romanus, qui sedit annos x. Hic constituit ut ministeria sacrata non tangerentur nisi a ministris. Idem constituit ut quicumque episcoporum evocatus fuisset ad sedem apostolicam rediens ad parrochiam suam non susciperetur nisi cum litteris sedis apostolice salutacionis plebi, quod est formata. Fuit autem temporibus Adriani et Martio coronatus sepultus est iuxta corpus beati in Vaticano tercio nonas Aprilis. Ex gestis sancti Pellegrini. Huius autem Sixti temporibus dum semente ubique christianorum persecucione paucissimi invenirentur qui se dicerent esse christianos, minatum est eidem sancto Sixto pape a fidelibus christianis possentibus ut ad Gallias talem virum dirigeret qui iam extinctam lucernam fidei illuminaret et infideles predicando converteret. Tunc sanctus Sixtus beatum Peregrinum presbiterum civemque Romanum ordinavit episcopum, Marsum vero presbiterum, Corcodonium diaconum et Iovianum subdiaconum, Romanum lectorem, quos ordinatos ad Gallias cum eo causa predicandi direxit. Qui Massiliam venientes causa predicandi usque Lugdunum usque producti celare se nullatenus potuerunt. Venerunt itaque ad antrum quod nunc Antissiodorum vocatur. In qua tum urbe quidam locus adhuc Mons Autricus appellatur, et invenerunt gentiles deorum suorum excubias observantes. Interrogati qui essent vel unde venirent, responderunt christianos se esse et ob eorum salutem causa predicandi venisse. Tunc sanctus Peregrinus ubi constanter predicans primos loci illius ad Christum convertit, ibidem parvam ecclesiam construxit. Crescente itaque numero fidelium et ad baptismum cottidie confluente, audiens beatus Peregrinus civitatem Interamnum que tunc civitas erat sed modo castelli nomen retinet culture deorum deditam, perrexit illuc et paganis festinantibus medium se inferens cepit Christum publice predicare. Unde pluribus conversis de eo querens fecit eum iudici presentari. Cumque eum de natalitate, nomine et officio interrogans cum ad deos inclinare non posset, iussit eum in vico Baucianaco qui vulgo loci dicitur in carcerem obscurissimum mitti et diversis suppliciis cruciari. Ipse vero Christum semper predicans multos in vita convertit. Dum vero ibi detentus Adriani cesaris presencie servabatur, Cesar vero cum venisset et rex ordine narrantibus didicisset, deducto de carcere beato Peregrino divinas honores exhiberi iussit. Sed cum ille utrumque cum deorum execracione respueret

Venit ergo magnus ille magnus medicus. scilicet per samaritanum designatus ad genus humanum quod ubique iacebat egrotum et quasi oleum et vinum, id est austeritatem comminacionum ac blandimenta promissionum infudit et vulnera preceptis salutaribus et sacramentis alligavit. In septem namque sacramentis nove legis omnes nobis attulit causas salutis spiritualis. Cause enim salutis spiritualis non sunt nisi quatuor. sicut et quatuor corporales, scilicet curativa conservativa preservativa et meliorativa. Curativa duplex est. Quedam enim totaliter et simul curat ut baptismus culpam et penam omnino delens quantum in se est. quedam vero paulatim ut penitencia. Conservativa est confirmacio. In hac enim datur spiritus ad robur et ad conservacionem gracie que data est in baptismo. Preservativa est matrimonium in quo concupiscencia carnalis in ruinam prona turpitudinis excipitur honestate imperatur ne ruat in mortale peccatum. Meliorativa est ordo in quo gracia melioratur et augmentatur et eciam extrema unctio quia hominem in meliorem statum ponit securioremque reddit. Est et medicina quedam predicta quatuor sola faciens. scilicet heucaristia que et venialia curat et ab eis animam preservat. graciam quoque conservat quia panis cor hominis confirmat et etiam augmentat. potest et dici quod est medicina resumptiva quia baptizatis datur ad reficiendum animam sicut corporaliter curatis datur ellectuarium confortativum. unde et reducatur ad curativam. Sciendum autem quod cum sacramenta iustificare dicantur quod contentum est continenti attribuitur. Gracia namque in eis contenta iustificat. non ergo iustificant tamquam causa efficiens sed tamquam materialis. Sunt enim quinque que diversimode sanant animam sicut et quinque que corpus. Nam corpus sanat deus auctoritate. medicamenta effective. dieta conservative. vas medici sicut pixis contentive medicus autem ministerio. Sic et deus animam iustificat auctoritate. Gracia non ut medicina morbum expellens. Implecio mandatorum dei tamquam dieta. sacramenta quoque tamquam vasa medicinalia. sacerdos autem tamquam minister. Non est tamen omnino simile de sacramento et de pixide. sed simile penitus esset si una tamen pixis esset in qua daretur medicina vel si daretur in alia non prodesset sicut baptismus si daretur in aliquo alio liquore quam in aqua non prodesset. Quid autem sit sacramentum ostendit augustinus dicens. Sacramentum est rei signum. Idem sacramentum est invisibilis gracie visibilis forma ut species panis et vini que sunt sacrificii visibile signum et invisibile corpus christi quod est sacramentum ecclesie. Quedam sacramenta sunt necessitatis et quedam voluntatis. Necessitatis sunt hec quinque. baptismus confirmacio. heucharistia. penitencia extrema unctio. Voluntatis vero sunt hec duo. scilicet ordo et matrimonium. Item quedam sunt in quibus confertur gracia ut predicta necessitatis et ordinis. Alia in quibus non ut matrimonium. Effectus sacramentorum est ut talia sint cuilibet qualis ipse accedit id est bonis bona et malis efficitur et mala. scilicet occasionaliter. bonis sunt ad salutem. malis ad iudicium. Ideo dicimus quod sacramenta non debent conferri peccatoribus non penitentibus hoc autem intelligimus de peccatis manifestis. Nam propter occulta non possunt aliquem sacramenta nisi per admonicionem secretam vel publice in genere factam.

De institucione baptismi christi quando ceperit varie sunt opiniones. Alii dicunt institutum esse cum nichodemo dominus ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto et cetera. Alii cum apostolis dixit. Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti et cetera. Sed hoc dixit post resurrectionem eius quos ante passionem binos et binos miserat ad predicandum in iudeam et ad baptizandum dicens in viam gencium ne abieritis. Iam ergo institutus erat baptismus quia baptizabant simul et predicabant. Si vero queritur in qua forma tunc baptizaverunt sane dici potest. In nomine trinitatis. id est in ea forma in qua baptizaverunt postea gentes que ante passionem potest intelligi fuisse tradita licet non sit scriptum. Commodius ergo dicitur institucio facta quando christus a iohanne baptizatus est in iordane non quia mundari voluerit cum sine peccato fuerit quasi Sed quia contactu munde carnis sue

Institutio

vim regenerativam contulit aquis ut que postea invocaretur in vocato nomine trinitatis a peccatis purgaret. Tunc institutus est baptismus Christi in quo trinitatis eius misterium tunc innotuit in quo hominem baptizari. Celebratur autem hoc sacramentum tantum in aqua ut intelligatur quod sicut aqua sordes corporis ac vestes abluit, ita baptismus maculas anime sordesque viciorum abstergit. Et vel ideo ut nullum inopia excusaret quod posset si in vino vel oleo fieret. Aqua significavit que de latere Christi manavit sicut sanguis alterius sacramenti signum fuit. Successit vero baptismus Christi circumcisioni duabus de causis. Prima est quia maior cumulus gratie significatur et datur per baptismum quam per circumcisionem. Circumcisio enim significat circumcisio non significat nisi remissionem peccati. Sed baptismus significat et remissionem peccatorum et infusionem gratie et extinctionem mundane humaneque cupiditatis. Aqua enim abluit et reficit et extinguit. Secunda causa est quia communior est. Baptizantur enim tam mares quam femine et non circumcidebantur nisi mares. Duplicatur autem est potestas baptismi, scilicet potestas ministerii excellencie invocationis auctoris cooperantis. Potestatem ministerii dedit deus sacerdotibus et etiam omnibus hominibus in articulo necessitatis. Potestas excellencie intelligitur qua secundum meliorem baptistam melius daretur baptisma et debatur intelligunt quidam quod dominus potuit eam dare servis suis si non dedit ne spem poneret in homine et ne tot essent baptismi quot homines vel servi. Alii vero hoc intelligunt de potestate invocationis. Potuit enim dominus dare petro ut ad invocationem nominis petri fieret baptismus. Hoc enim esset contra divinam maiestatem.

De essencia vero baptismi nobis videtur quod non sola aqua abluens vel aque ablucio est baptismus nec solus caracter. Sed illa duo ita coniuncta sint unus baptismus et unum sacramentum ab unitate gratie signate. Licet diversa sint secundum essenciam sicut in sacramento heucharistie forma panis et vini et ipsum verum corpus Christi. Nec valet hec argumentatio aqua abluens transit. Ergo non est baptismus. Licet enim transeat in quantum aqua abluens tamen manet coniunctum caracteri. Si obiciatur quod caracter non est baptismus cum non sit visibilis forma dicimus quod non oportet quicquid est in sacramento esse visibilem formam. Sed sufficit quod secundum aliquid sui sit visibilis forma. Sic baptismus secundum aquam abluentem. Queritur autem cui est signum caracter. Dicimus quod hominibus et angelis. Sed hominibus est intelligibile non visibile. Dicimus autem quod angeli indigent illo signo. Non enim vident omnia in speculo eternitatis. Sed vident ibi omnia sibi subiecta scilicet celum et terram et similia. Ea vero que sunt in libertate nostri arbitrii non videt nisi eis ostendatur per gratiam quia humana anima quantum ad liberum arbitrium non est subiecta angelo. Sed equaliter et quasi in medietate se habent ad deum. Caracter ille cum sit illuminacio sicut dicit iohannes damascenus passibilis est qualitas anime illuminans sinderesim et est causa materialis gratie. Preparat enim et habilitat animam ad susceptionem gratie et propter hoc quod est sigillum est certitudo quod anima habebit gratiam nisi per eam steterit. Sicut sigillum episcopi est certitudo clerico cui datum est quod habebit prebendam. Sciendum autem est quod triplex est baptismus. Fluminis scilicet qui fit in aqua. Flaminis qui fit per fidem purificantem. Sanguinis qui fit in sanguine per martirium. Sed proprie baptismus est tinctio in aqua verbo vite sanctificata. Sicut enim pannus tinctus in aliquo precioso colore preciosior redditur quam prius esset. Sed anima in baptismo fluminis tincta per caracterem vel per gratiam habet similitudinem. Vocatur domini passionem sua baptismus. Tincta enim fuit eius caro in sanguine suo et propter hoc preciosior facta fuit precium nostre redemptionis et propter hoc venit ad gloriam resurrectionis. Cum ergo baptismus flaminis et sanguinis non sint baptismi nisi per similitudinem solus baptismus fluminis imprimit caracterem.

Ad formam baptismi exiguntur tria scilicet forma verborum intentio baptizandi et elementum

aque Forma uerborum hec est. Ego baptizo te in nomine patris et filii et spiritus sancti. Queritur utrum verbum baptizo sit de essencia verborum que exiguntur. dicimus quod sic. Verba autem cetera ista. In nomine patris et filii et spiritus sancti ad multa se habent. scilicet ad significandum ad benedicendum et ad baptizandum. baptismus autem sacramentum necessitatis est. et propter hoc necesse est baptizantem determinatam intencionem habere et expressam ne euagetur animus ad alia. Sed intencionem baptizandi quam habet verbo exprimit. dicendo baptizo te. De quantitate aque dicunt magistri quod in necessitatis articulo sufficit aqua tanta in qua possit tingi pars principalior corporis. scilicet caput. Quo abluto in tali articulo si puer non sit totus natus baptizatus reputatur. uel si postea totus nascatur viuus et dubitetur an sit baptizatus remedium habemus baptizandus enim est quia non dicitur iteratum quod dubitatur esse factum. Queritur postea de subtractione verborum. utrum baptismus sit si tantum dicatur baptizo te in nomine patris. Videtur quod sic quia in primitiua ecclesia fiebat sic. baptizo te in nomine christi ut habetur in actibus. Solucio non est baptismus. si tantum dicatur baptizo te in nomine patris. baptismus tamen olim fiebat in nomine christi duabus de causis. Prima est ut nomen christi quod erat incognitum hominibus fieret celebre et amatum. Secunda est quia hoc nomen christus dat intelligere totam trinitatem. christus enim interpretatur unctus. Unctus autem dat intelligere unctam personam. id est filium et personam ungentem. id est patrem et ipsam unctionem. id est spiritum sanctum. Sed hoc nomen pater non sic propter hoc non est simile. Tamen si sacerdos fidelis ita dicat baptizo te in nomine patris et hoc dicto obmutescat uel puer moriatur tunc fit verum baptisma. Summus enim sacerdos supplet quod pie inceptum est a minori sacerdote. Queritur postea de addicione utrum scilicet sit baptismus si dicatur sic baptizo te in nomine patris et filii et spiritus sancti et beati petri. Et dicimus quod si illud ultimum addat aliquis ex sola deuocione non intendens illud esse de essencia forme et propter hoc illud agat non est baptismus. De corrupcione verborum similiter queritur utrum sit baptismus si aliquis dicat ita baptizo te in nomine patria et filia et spiritus sancta. Videtur quod sic quia si aliqua uetula ex simplicitate

formam uerborum corrupcio huius non impedit quin sit baptismus. Quod concedunt magistri si retineat sillabe principales. Pro quanta autem corrupcione impediretur recipiatur non est hominum determinare. sed ille qui corrumpit uerba intendit introducere heresim non est baptismus non propter corrupcionem uerborum. sed quia non habet intencionem baptizandi que necessaria est ad baptismum.

De intencione baptizandi etc. Dicimus quod si dubitatur an factum sit in mente ait ex intencione baptizandi. tunc inuocandum est diuinum auxilium. secundum augustinum. Sciendum est quod totum ministerium fidei est baptizandus est. Porro si patrinus non credit nec sacerdos cum constet de paruulo quod non credit. tamen sacerdos intendit facere quod facit ecclesia et utitur forma debita baptismus est quia fit in fide ecclesie. Unde sic intelligendum est quod ait augustinus non quia dicitur sed quia creditur. id est quia fit in fide credencium. Item et si nullus crederet et tamen aliquis uteretur debita forma uerborum et haberet intencionem faciendi quod consueuit ecclesia. baptismus est. intelligendum est ergo uerbum augustini. Sed quia creditur. id est quod fit in fide credencium. id est in tali fide qualem solet habere ecclesia uel haberet si esset. Nobis non uidetur quod nec duo nec tres sed plures possunt destruere fidem uniuersaliter. sed tota ecclesia potest destruere fidem pro libertate arbitrii. Unde non est necessarium unitatem etiam fore necessitate totali. sed necessitate rei et est simile in uniuersalibus. Dicitur enim quod necessarium est uniuersalia esse. sicut hominem. Sed non necessitate particulari. Nullus enim specialiter potest facere quod nullus homo sit. Omnes tamen insimul semper possunt facere quod nullus sit. Possunt enim omnes se obligare ad hoc ut nullus generet de cetero.

In baptismo paruulorum consideranda sunt tria. scilicet antecedencia que sunt orationes quas dicit sacerdos et exorcismus et cathecismus. Est autem exorcismus idem quod adiuratio qua sacerdos adiurat demones dicens exi ab eo spiritus immunde et dicunt multi quod per exorcismum expellitur dyabolus.

non quantum ad peccatum. Sed quantum ad hoc quod
non habet potestatem nocendi paruulo corporaliter.
Alii dicunt sicut propositum est quod quantum ad diminu
cionem peccati. Unde dicebat quod si paruulus decederet
statim post exorcismum minores tenebras pa
teretur quam si non esset exorcizatus et magis perciperet
de luce spirituali. Nobis autem uidetur quod exorcismus
et cathecismus et salis linicio duabus de causis fiunt.
Prima est propter honorem et solempnitatem baptismi.
Secunda est ad intelligenciam eorum que fiunt in
baptismo. Salis enim linicio signat discreciones
que dantur in baptismo. Unde sicut lumen quod ponitur
in manu paruuli non illuminatur propter hoc anima
Sed propter hoc significatur quod anima illuminatur
spiritualiter in baptismo. Sed per exorcismum non expelli[tur]
dyabolus sed significatur expellendus. Est
autem cathecismus idem quod instructio baptiza
di de articulis fidei. Nam in primitiua ecclesia
adulti baptizabantur sed ante instruebantur in fide
et baptizabantur in sabbato pasche ad signandum
quod per baptismum resurgit baptizatus a morte
peccati. uel in sabbato pentecostes ad signan
dum quod per baptismum datur spiritus sanctus. Itaque
ut seruetur esse unus baptismus fit et modo
sic in paruulis licet quando dicitur sunt paruuli non
sint susceptibiles discipline. Et cum patrinus
respondet credo et uolo baptizari. Respondet pro
paruulo. Sed improprie loquitur et est sensus iste
paratus est suscipere fidem et baptismum. Et
Obligant enim se patrinus ad hec ut cum adultam compare
etatem peruenerit paruulus Instruant ipsum
de articulis fidei et qualiter abrenunciare debet
dyabolo et omnibus pompis eius. Dicimus ergo
quod licet paruulus non credat tamen baptizatur
in fide parentum uel ecclesie. Sicut enim peccatum non
habet a se sed ab alio Sic non mundatur per fidem propriam
fidem dico motam sed per fidem alterius. Ca
thecismus ergo non est proprie sacramentum. Sed
sacramentale. non exorcismus. Sed sufflacio
quam facit sacerdos sacramentum est et significat quod
per spiritus sancti flatum exsufflatur potestas dyaboli.
Similiter salina sacramentalis est et significat
sapienciam diuinam.

Concedimus uero quod paruulus accipit in baptismo dantur
uirtutes et quod adultus operatur ad suam mundacionem
Credit enim primo libero arbitrio ut postea credat
per fidem et sic mundetur. Paruulus autem nichil cooperatur
Sed per solum baptismum per quem mundatur. Habet autem fidem
in habitu. Sed est habitus quidam propinquior actui
et quidam remotus et quidam explicitus. Itaque sicut
simplex uetula fidem habet implicitam de quibusdam
articulis. sic iste cum uenerit ad annos discrecionis
fidem habebit. Sed in habitu implicito et remoto
ab actu. Sed aliqua lem explicatione crederet
in actu. Baptismus quidem actuale peccatum tollit tollit
totaliter. non tamen originale totaliter quia non quantum
ad penam. Aliquando enim quod minus est maioris est co
herencie. Sicut gracia mortalia peccata expellit non
non tamen uenialia que difficillime separantur a quibus
et decedit homo iustus. Itaque baptismus non aufert
mortem corporalem et alias huius penas quinque
de causis. Quarum prima est humiliacio. scilicet ut per mi
seriam humilietur qui per superbiam cecidit. Unde iob Sa
gitte domini in me sunt quarum indignacio ebibit spiritum meum in superbiam.
Secunda causa est incussio timoris ut homo attendens
seueritatem uindicte domini caueat sibi a gladio. id est a pena
inferni Unde sequitur Et terrores domini militant
contra me. Tercia causa est stimulacio unde in osee
In funiculis ad traham illos et in uinculis caritatis
Quarta ut homo attendens huius uite miseriam
conetur querere meliorem. Quinta ne homines magis
appeterent baptizari propter uitam corporalem quam
propter spiritualem. Dicit autem apostolus quod sine penitencia sunt
dona dei. scilicet que donat spiritus sanctus in baptismo. Sed
contra dicit auctoritas aut homo punit aut deus
punit. Ideo dicendum est quod baptismus efficaciam suam
habet a passione christi pro omnibus baptizandis quia
ut dicit ad romanos. Disciplina pacis nostre super eum
Et ipse peccata mea. id est penam pro peccatis pertulit in cor
pore suo super lignum sicut dicit beatus petrus
Si ergo decedit iste statim post baptismum euolabit
quia per generacionem baptismi precedente cum passione
domini sufficienter punitus uidetur a bonitate dei
et dicimus quod corpus christi in se dignius et efficacius quam
baptismus. Sed non sequitur quod sit efficacius in omnibus
sacramentum cum non et heucharistia instituta est ad tollendam
culpam et penam sed est sacramentum unionis. baptismus.

nō est sacramentum renouacōis. vn̄ aufert omēz uetustatem tam culpe quā pene qd̄ nō heucharistia. Nota qd̄ passio xp̄i aperuit ianuā padisi p satisfactionē z p cām meritoriā uniu͛salem omib; baptizandis. baps aūt aperit p cām efficientē singularē. Iustū em̄ hoīez singularem facit euolare. ast̄ u͛sio nō xp̄i aquirit p effcm̄.

Sacramento quidem facit iniuriā qui dē ipm̄ polui p polucionē ministrorum. Dicim̄ tn̄ qd̄ baptismā hereticorum facit quosdā filios dei ut puulos quosdam nō nō ut adultos qui ibi tn̄ sūt errore hereticorum tn̄ ipm̄ baptm̄ recepiūt. vn̄ si ueniāt ad unitatē ecclie nō sūt rebaptizandi. Quia dicit aug. Sanā dū est quod uulneratū est nō curādū qd̄ sanū est. Sani aūt sūt huius quātū ad illd̄ inquo comunicāt cū ecclia. s. quātū ad baptm̄. Sinō hetici puulos baptizāt. dicitū illi filiij ecclie nō qd̄ dns̄ eos genuit de ecclā que est uera sponsa sua. Sed quod d͛ hesi tanquā de ancilla. ad opus ecclie. Ecclā tn̄ suos reputat quoscumq; regenerat dns̄ siue p illos qui sūt de ecclia siue p heticos siue p paganos. vnde i gredere i quid ad ancillam meam iñe. baps u͛ hereticorum fac remissionē pctōrum z ibi est sps̄. scūs. s. nō i heticis Sed i sacro suo. i. sps̄ scūs a quātū est inse paratus ē dare gloriā suā p baptm̄ n̄ p recipientē stetit. multiplex aūt signat cā quare baps nō itat. Prima est quia cū baps deleat culpā z omnimodā penā. si itaret disciuerent hoīes p corps licencie usq; ad extremā necitatē i qua facerēt se rebaptizari z sic statum uolaret ppt hoc i stituit dns ut vnicē eēt baps Secunda cā est alegorica. baps em̄ habet efficaciā suā amorte xp̄i que vnica ē Tercia. ne fiat iniuria baptismo. Caract͛ em̄ baptismalis ppetuus est. remanet i inhereticis z i dampnatis i inferno vn̄ nō est simile de heucharistia quia corp͛ xp̄i nō remanet perpetuo in homine n̄ quā diu forma panis durat. Ideo nō fit i iuria heucharistie si itēt.

Non est aūt necesse qd̄ adultus accedat ad baptm̄ contritus u͛l fictus. potest em̄ accede͛ attritus z doles de pctīs z tūc p uirtutē baptm̄ ei dimittūt. Si uō accedat attritus tūc iam ħt fidem. spem. z caritatem z dimissa ei pcta quātū ad culpā. baps aūt seques augmētat i ipo grām z tollit penā. i. omēz satisfactionē extiorē z iteriorem tn̄ nō. Sacramentum u͛ z rem simul sīml suscipiūt omes puuli qui i baptismo ab originali mundant͛ pctō. Adulti quoq; qui cū fide baptizantur. Qui nō sīn fide accedūt u͛l ficte sacramentū non rem suscipiūt. Qui aūt fundūt sanguinē pro nomine xp̄i z si nō sacramentū rem tn̄ suscipiūt. Nec tn̄ passio uim baptismi iplet Sed i fidem z contricio n̄ necessitas excludat sacramentum. ficte accedens suscipit baptm̄ sed nō effcm̄ baptm̄ quā diu durat fictio Recedente uō fictione baps effcm̄ suum ħt. i. facit qd̄ prius fecisset si fictio nō i pedisset vn̄ deleret totaliter omia pcta q̄ habebat iste ante baptm̄. Sed nō delet illa que fecit post n̄ quātū ad eorum culpam quia nō istitutus ad delendū pcta futura sed tn̄ p̄terita z p̄sencia Et a ecclā si ita eēt inderet͛ iste non dolus fictionis patrinari. Constat em̄ i quasi ficte accessisset. pnīa seques ~~pctm~~ pcta post facta nequaq; i eo totaliter deleret. Itaq; de illis que fecit ante baptm̄ nō est ei iniugēda pnīa exterior. baps em̄ nō exigit gemitū neq; planctū exteriorem i telligitur. Nullus em̄ adultus saluat͛ ibaptizat͛ n̄ habeat pnīam i teriorem. s. contritionē. Sed de alijs q̄ fecit post baptm̄ iniungenda est ei pnīa exterior z ecclā de ipa fictione fm̄ vnū modū. est em̄ duplex fictio. vna fm̄ quā aliquis credit baptm̄ nō pdesse que est fictio i credulitatis istam nō delet baps cū sit contraria baptismo. vn̄ de ista iniungenda est pnīa Est alia fictio fm̄ quā aliquis nō contritus recepit baptismū z hoc est pctm̄ omissionis.

vel negligencie. Ista totaliter delet per baptismum. Baptismus enim non solum graciam confert sed eciam cumulum gracie. Est enim caracter illuminans ad sciendum quid faciendum et quid non magis quam sciat per sola naturalia. Et debilitat fomitem ac diminuit.

Nunc de sacramento confirmacionis dicendum est quod tempore apostolorum non ab aliis quam ab ipsis legitur peractum. nec ab aliis quam qui locum eorum tenent perfici potest aut debet. licet autem presbiteris baptizatos tangere in pectore. Sed in non crismate signare in fronte. Circa eciam huius sacramentum quinque exiguntur. Primum est forma verborum. Secundum est intencio confirmantis. Tercium dignitas confirmatoris. Oportet enim quod sit episcopus. Quartum est ipsa materia scilicet crisma. Quintum est locus in quo crismatur scilicet frons. Forma verborum talis est. Confirmo te signo crucis et crismate salutis. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Datur autem hoc sacramentum adolescentibus. Ut idonei sint pugnare et portare nomen Christi coram regibus. Et hoc significat ipse locus et materia. locus quia confirmacio fit in fronte ne videlicet erubescamus confiteri nomen Christi coram hominibus. Corde enim creditur ad iusticiam etc. hoc sacramentum non habuit petrus qui ad vocem ancille erubuit confiteri nomen Christi. Idem eciam significat ipsa materia scilicet crisma. Inungitur enim per pugiles ut difficilius possit capi ab inimicis. Conficitur autem crisma et ex oleo et balsamo. Oleum enim significat nitorem consciencie et leticiam spiritualem per quam spiritualia superantur. Balsamum autem significat odorem bone vite per quem interficiuntur serpentes id est demones. Itaque quod Christus insufflavit in discipulos dicens. Accipite spiritum sanctum etc. hec dacio significavit graciam que datur in baptismo. Semel autem iterum dedit spiritum sanctum de celo in die pentecostes ad robur et hoc significavit robur gracie quod datur in sacramento confirmacionis. Unde urbanus papa. Spiritus sancti septiformis gracie cum plenitudine sanctitatis sacre et virtutis in confirmacione confertur. Et iterum. Omnes fideles per imposicionem manus episcoporum post baptismum debent recipere spiritum sanctum. ut pleni inveniantur christiani. Sed distinguitur plenitudo duplex scilicet sufficiencie et hec datur in baptismo. et copie et hec in confirmacione.

Hoc itaque sacramentum melchiades papa dicit maius baptismate. quia dignioribus datur id est dignioribus et in digniori parte corporis fit id est in fronte. Vel forte quia maius meritum augmentum prestat licet baptismus ad remissionem plus valeat. Baptismus quidem est sacramentum intrancium et eciam. Confirmacio vero est sacramentum proficiencium pugnancium contra mundum carnem et demonem. Igitur in sacramento confirmacionis non datur alia res vel alia gracia quam in baptismo. Sed que data est in baptismo confirmatur et roboratur. Unde dicimus sine preiudicio quod idem est caracter baptismi et confirmacionis in essencia. differencia tamen secundum racionem. Differunt eciam secundum statum. quia alius est status incipiencium alius proficiencium et pugnancium. Non autem presbiteri dare possunt hoc sacramentum quamvis dare possint baptismum. Quod vero maius est. quia sacramentum dicitur magnum quatuor modis. primo quantum ad efficaciam et hoc modo dicitur baptismus magnum sacramentum innovat enim hominem totaliter secundo. quantum ad essenciam suam. et hoc modo sacramentum eucharistie dicitur magnum propter dignitatem essencie corporis Christi. Tercio quantum ad signum sicut dicit apostolus matrimonium magnum esse sacramentum in Christo et ecclesia. Significat enim unionem spiritualem que est inter deum et ecclesiam. Quarto quo ad effectus roboratiuum et dignitatem et hoc modo confirmacio et ordo magna sunt sacramenta Dignior est enim gracia consummata vel confirmata quam simplex gracia. Non prodest autem confirmacio si detur non baptizato. quia confirmacio est disposicio baptismi. Unde non potest esse sine baptismo maxime cum baptismus sit ianua sacramentorum. Nec est similiter de ordine ubi si quis maiorem ordinem pretermisso minore recepit sufficit supplere quod omissum est quia unus ordo non disposicio alterius vero diversi ordines diversa habent officia distincta

ac se invicem

Non est autem iterandum in confirmacionis sacramentus
cum habeat caracterem. Et hoc sacramentum a ieiunis
tradit. sicut et baptismus nisi aliter cogat necessitas.

De institucione heucaristie dictum est su
perius suo loco. hoc sacramentum excellenter
dicitur heucharistia. i. bona gratia quia in hoc
non modo est augmentum virtutis et gratie. Sed ille
totus sumitur qui est fons et origo tocius gratie
Cuius figuram pressit. quod manna deus pluit
idest Christo. verum panem angelorum manducavit homo
Dominus igitur ad invisibilia pertinet maiestatis in
gratiatus celebrato cum discipulis typico pascha
quiddam memorabile eis commendare volens
Sub specie panis et vini corpus suum et sanguinem
suum eis tradidit. ut ostenderet legis veteris sa
cramenta in quo precipuum erat agnus paschalis
sacrificium in morte sua terminari ac nove
legis sacramenta substitui in quibus excellit
misterium heucharistie. Et Ideo et post alia dedit
ut hoc unum arcius memoria discipulorum
infigeret. et ab ecclesia deinceps frequentaretur
Sed non ex inde disciplinam sanxit in posterum
ut post alios cibos sumatur potius. a ieiunis
sumi oportet sicut apostolus docet ut singulari
reverencia diiudicetur. i. discernatur ab aliis cibis quod
dominus apostolis disponendum reliquit. Sub alia autem
specie sumendum instituit. ut fides haberet meritum
que est de hiis que non videntur et ne abhorret
animus quod cerneret oculus quia non habemus
in usum carnem crudam comedere et sanguinem.
Panis enim ad carnem refertur vinum ad animam
quia vinum operatur sanguinem in quo sedes
anime a phisicis esse ostenditur. Ideo ergo in duabus
speciebus celebratur. ut anime et carnis suscep
cio in Christo et utriusque liberacio significetur quia
caro Christi pro salute corporis. Sanguis vero
pro anima nostra offertur. Sub utraque tamen specie su
mitur totus Christus nec plus sub utraque nec minus
sub altera tamen [illegible] sumitur. Tamen non fit con
versio panis nisi in carnem nec vini nisi in sanguinem
Nec debent dici sunt duo sacramenta sed [illegible]
sub utraque specie unum idem sumitur non [illegible]
iteratur sacramentum quia benedictio non repetitur
Aqua non admiscenda est vino quia aqua
significat populum qui per Christi passionem redemptus
est. Cum igitur in calice vino aqua miscetur. Christo
populus adunatur et credencium plebs ei copulatur
in quem credidit. Quibusdam autem auctoribus colligitur
quod Christus vinum et aqua mixtum dedit discipulis
Siquis tamen non intendens introducere heresim obli
vione vel ignorancia aquam preterimisit. non videtur
esse irritum sacramentum. Nam et grecorum
ecclesia non apponere aquam dicitur. Aponenda est
in tam parva quantitate quod possit absorberi a vino
quia Christus non mutatur in ecclesiam sed ecclesia mu
tatur in Christum.

Forma ergo panis vel vini que ibi
videntur sacramentum est. i. sacre rei signum
huius autem sacramenti gemina est res. Res contenta
et significata est caro Christi quam de virgine traxit
et sanguis quem pro nobis fudit. Res autem sig
nificata et non contenta est unitas ecclesie. Sunt
igitur tria distinguenda hic. Sacramentum et non
res est species visibilis vel panis vel vini
Sacramentum et res est caro Christi propria et sanguis
Res non et sacramentum mistica eius caro. Porro
illa species visibilis sacramenti est gemine
rei quia utramque significat et utriusque similitudinem
gerit expressam. Nam sicut panis pre ceteris
cibis corpus reficit et sustentat et vinum
hominem letificat atque inebriat sic caro
Christi interiorem hominem plus ceteris graciis
et sicut ex multis granis efficitur panis unus
ex pluribus et uvis vinum confluit in unum
Sic ex multis fidelium personis unica ecclesia
constat unde apostolus unus panis et unum corpus
multi sumus. Alia est similitudo quia
sicut panis triticeus ex purissimis granis
constat. Ita corpus Christi virginea terra de virgine
ex purissimis membris purificatis opere
spiritus sancti et sicut vinum ex puris uvis constat
ita sanguis Christi ex purissimis sanguinibus
ita et societas ecclesiastica ex multis personis
a criminali macula liberis consistit. In cuius
rei typo factum est archadum de lignis sethim
que sunt imputribilia. Forma panis dicitur.

hec cum ipso corpore xpi similitudine non quam
sunt sed quam panis cuius fuit forma. Efficit autem
et significat. Unit enim recipientem xpi corpori mi
stico. Efficit autem non per modum cause efficientis
sed per modum materie. Sicut enim a in alia alio
liquore quam in aqua non datur baptismus ita substantia alia
forma quam substantia ista non datur corpus xpi. Licet
autem significatum melius sit et dignius quam signi
ficans. tamen hec calumpnia. Unitas ecclesie di
gnior est quam corpus xpi. quia corpus habet
dignitatem quandam. scilicet quod est unitum ulo quod nulla
habet comparationem ad aliquam dignitatem ecclesie. hoc
autem vera est. ecclesia sine unitas ecclesie me
lior est quam corpus xpi. Sed hec est fal
sa minus bonum non facit magis bonum. quia
quando intelligitur facere per modum cause materialis
Aqua enim baptismi minus bona est quam mun
dicia anime. facit tamen per modum sacramenti et ma
terie mundiciam anime. Similiter corpus xpi
per modum sacramenti et materie facit unitatem
ecclesie et purificat et mundificat. Sed per mo
dum cause efficientis. solus deus mundat et
dimittit peccata.

Dicimus autem sacerdotes conficere corpus
xpi et sanguinem quia eorum ministerio
substantia panis fit caro substantia vini fit sanguis
xpi. Nec tamen aliquid additur corpori et sanguini
non augetur corpus vel sanguis xpi. Nec
creditur quod substantia panis aliquando fit caro
xpi et si fiat caro xpi sicut farina facta est panis
et aqua est vinum. Nec dicimus panem vel vi
num esse materiam corporis et sanguinis domini.
quia non de ea materia formatur corpus. Sed
verba formatur in illud et efficitur illud. Dicit
autem damascenus quod ex operatione spiritus sancti fit
ille transitus sicut et conceptio filii dei. Itaque
panis non transit in xpi corpus. Unde omnes locu
ciones que significant transitum concedende
sunt sicut hec. Panis transit in corpus xpi
vel transferetur vel transsubstanciatur vel mutatur. Vel panis
fit corpus xpi et omnes ille negande sunt
in quibus non significatur transitus. sicut iste
panis est corpus xpi panis erit corpus xpi. panis
potest esse corpus xpi. De tempore autem transsubstanciationis
dicimus quod in finali instanti prolacionis horum verborum
hoc est corpus meum. Fit transsubstanciacio panis in
corpus xpi. et hoc pronomen hoc nata est simu
pliciter demostracionem habet sicut tu cum quis
dicit. tu aspicit et nescit quis sit intus. Vel
demonstrat corpus xpi ad intellectum. scilicet corpus
xpi quod non est album sed erit. Videtur autem dicendum
quod panis non transit in aliquo instanti in corpus xpi
Sed in tempore. tamen non successive. quia non prius
transit una pars panis in corpus postea alia
Et propter hoc non potest dici quod in aliquo tempore et toto
transeat vel potest dici quod transit in illo totali tempore
in quo proferentur hec verba. hoc est corpus meum vel
in tempore excepto et non minus. Itaque successio
est in transitu non ex parte panis sed ex parte pro
lacionis verborum. De porcione autem substantia. quedam re
manent. scilicet color. sapor. forma. pondus. que
non ipsum corpus xpi afficiunt nec in eo fundantur re
manent ergo per se sine subsistencia ad ministe
rium et adquisitus fidei et suffragium.

In sicut in hoc sacramento quedam sunt secundum
naturam quedam supra naturam. sed non supra
intellectum. Supra naturam sunt ibi accidencia
sine subiecto. ut color. sapor rotunditas et huiusmodi
sed non supra intellectum. quia intellectus bene
intelligit accidencia sine subiecto per abstractionem
Deus autem potencior est in operando quam intellectus
in intelligendo. Unde supra naturam et intellectum
est ibi xpus. in tanta et in quantitate in qua ita
est in celo et non excedit terminos illius particule formam
Unde dicit damascenus quod fit ibi operacio supra
naturam et intelligenciam. Dicimus ergo quod sub illa
totali forma est xpus. Ita quod sub nulla parte
per se. Tamen cum frangitur hostia est xpus in
tegre sub qualibet parte. et hoc est tamen non ex
consecratione Sed ex consecratione et confractione.
Consecrata enim fuit quelibet pars in suo toto
Et est simile in speculo. sicut enim in speculo in
tegro est una sola ymago et ipso fracto in
qualibet parte resultat ymago. Ita sub
totali forma illa est xpus qui est ymago
dei patris. tamen fracta hostia in qualibet re
sultat ymago. ymo ut dicas xpus ymago.

que est filius dei. Unde sicut ex oppositione rei ad diversas partes speculi resultant diverse ymagines ita ex placatione verborum que precessit et fractione forme consecrate resultat Christus in diversis partibus hostie. Et accidentia que videntur sunt ibi sine subiecto nec sunt in corpore Christi. Sed assistunt ei et velant ipsum ut fides habeat meritum. Unde fallitur ibi locus a coniugatis. Ibi enim est albedo et tamen nichil est in ea album. Sed quare ibi est fractio et aliquid ea fractum. Solutio. Quedam sunt accidentia que per alia accidentia insunt substantiis. Quedam que non per alia, verbi gratia. Albedo inest corpori non per aliud accidens. Disgregatio non inest corpori per albedinem. Unde cum ibi non sit substantia panis scilicet albedo ibi est et tamen nichil ea album quia nulla substantia. Sed ibi est disgregatio et aliquid est ea disgregatum scilicet albedo. Eodem modo ibi est fractio et aliquid est ea fractum, quia fractio est substantie mediante quantitate. Unde cum ibi sit quantitas vere dicitur quod aliquid est fractum illa fractione. Et sic patet quod non est simile de albedine et fractione. Iste corpus Christi in forma panis videt tamen secundum quid quia videtur velatum. Sed non sequitur. Ergo videtur sic non sequitur. Iste videt manum cirothecatam illius. Ergo videt manum illius non valet hoc. Sacerdos tenet corpus Christi ergo tangit. Nam hec album tenet non in corpore aliqua mediatione. Sed hec ubi tangit in corpore.

1 Queritur de hiis verbis que sunt in canone misse. Iube hec perferri per manus etc. quod demonstratur per hoc pronomen hec. Postea de hac auctoritate queritur. Uno eodemque momento transit in celum ministerio angelorum consociandum corpori Christi et in oculis sacerdotis videtur. Queritur quid est illud de quo fit ibi sermo. Ad primum dicimus quod per hoc pronomen hec demonstrantur forme sanctificate. Sed ponitur signum pro suo significato scilicet pro corpore Christi instituto. Frequenter in sacra scriptura ponitur signum pro signato. Est ergo sensus iube hec perferri id est iube corpus tuum misticum scilicet ecclesiam militantem perferri per manus id est per operationem sanctorum angelorum qui assistunt sacrificio altaris in sublime altare tuum

id est ad ecclesiam triumphantem que est in celis. Hoc est iube uniri ecclesiam militantem ecclesie triumphanti. Et hoc regnum veniente ad regnum. Et sic cessat obiectio. Per sacramentum enim eucharistie assimilatur magis ac magis ecclesia triumphans et militans ecclesie triumphanti. Ad auctoritatem secundam dicimus quod ibi tria est contra diversorum significantur transitus et associatio et visio. Unde fit ibi sermo quantum ad illa tria. De pane et corpore et de forma. Quantum ad transitum fit ibi sermo de pane quia panis transit in celum id est in celeste corpus Christi ministerio angelorum qui assistunt officio misse ut dicunt sancti. Quantum ad associationem fit ibi sermo de corpore Christi quod traxit de virgine quia per virtutem eucharistie associatur magis ac magis verum corpus Christi corpori mistico. Quantum ad visionem fit ibi sermo de corpore et forma que videtur. In huius autem misterii expletione sicut formam oportet servari ita ordinem habere scilicet ut sit sacerdos et intentionem habere oportet ut illud facere intendat. Aliqui dicunt quod non recte de illo misterio sentientem posse intendere non quidem illud conficere quod iam ecclesia recte credere. Sed aliud agere quod geritur ab aliis dum illud conficitur et sic adhibetur intentio et impletur misterium. Illud enim sane dici creditur animalibus corpus Christi non sumitur et si videretur. Ex hoc autem dividitur forma panis in tres partes. Una mittitur in calicem et significat illam partem ecclesie que adhuc vivit. Unde ponitur in calice quia vita cuiuslibet est in sanguine. Et calix significat passionem huius seculi unde in evangelio potestis bibere calicem etc. Alie due significant partes duas bonorum qui mortui sunt. Quidam enim sunt in paradiso quidam in purgatorio. Una ergo pars earum que in calice non ponitur offertur ad libationem eorum qui sunt in purgatorio. Alia non ad gratiarum actionem quantum ad illos qui sunt in paradiso. Sicut autem in manducatione corporali sunt quatuor ita et in spirituali. Primum est masticatio spiritualis que est diiudicatio corporis Christi quale sit quam nobile quam vivificativum.

ꝛ hui⁹. Secundum est delectacio q̄ delecta
mur i x°. Solum enī dulce ꝛ gueniēs mitt
Terciū est assimulacio spūalis. Quartū
i corporacio spūallis. dundicacio aūt alla e
ffc̄e ꝑ fidem. ꝛ sunilit delectacio. xp̄s aūt
manducat nos. qui assimulat nos sibi xp̄i
ꝛ lunit ꝑ grām quā īfundit

Itaq; dicit aug⁹. ꝙ cibus ille non
transit ī uētre. sed ī mente. Si aūt
querit⁹ utrū forme ille euanescant
uel resoluat⁹ ī aliquos humores. pōt
dici ꝙ utroq; mōd. Nam pōt eē si deus
uīlt ꝙ cibus ille faciat ꝛ nutrit corporalē
quātum ad formas. Non quātū ad corp⁹
xp̄i quia pocius est cibus mentis quam
uentris. Et hoc dicit aug⁹. ꝙ quidam sa
ciant⁹ ꝛ ebriant⁹ tali cibo. sī pillum locū
ep̄le ad cor. Alius quidem esurit alius
quidem ebrius est. Dicit ī ī nocencius
papa ī tractatu d' officio misse ꝙ forme
ille resoluunt⁹ ī eadem humores ī quos
resoluent⁹ panis si ibi eēt. Corpus nō
xp̄i nō nutrit corporalit⁹. Desinit aūt
eē ibi corpus xp̄i quā cito desinit forma
panis eē. nec est dicendum ꝙ desinete
forma panis eē. ascendat corpus xp̄im
celum. Aut sacerdote ꝓferente hec uba
hoc est corpus meū. descendat xp̄i corp⁹
de celo. Sed sicut diceret⁹ fm̄ unā opi
nionē ꝙ ex sola opone colorati admixtis
sīn aliqua mutacione medii aeris fit
aliqua ymago colorati ī oculo. ita ex
ꝓlacione hoꝝ uboꝝ. hoc est corpus meū
debito mō facta a sacerdote sīn aliquo descsu
uīl motu est corpus xp̄i in altari sīn
aliquo ꝛ sīn aliquo sensu forma panis
desinete eē est est corpus xp̄i ī celo ꝙ
prius erat sb illa forma ꝛ mō nō ē. ap̄d
quidem sb formis ꝑpuis corpus xp̄i est
in celo pmo ꝛ p se ī altari est uerū cor
pus xp̄i ni ꝑ quandam resultacionē sicut
supius dictū est. Absit aūt ut ī honesta

corporis c̄estatem cibus ille sit sustineat qui
corpus ꝛ animā adesuī honestatem ꝑ trat
De quibusdam sc̄is patribus legimꝰ quia sola
domīca communione. diebus iii dmīs signatis
signati pluribus annis uixerunt. hoc ī sq̄ gōdē
possimus posse aliquē exinuitie. s. dūci corporis
pdimmū miraculum longo tp̄e uiuē. Secessum
uīt ei fieri unde omīo nō posse. Quod si
fiat secessum eo tp̄e aut ex ex aliquis ꝑticoꝝ
cibo aut ex deffectu sui corporis ī d eo necesse ē.

Sumere quidem corpus xp̄i ī peccō
mali nō est malum ī sp̄ē quia si
aliquis ꝓbibit⁹ credat se nō hr̄e peccm̄ mor
tale licet habeat sumē corpus xp̄i nō ē ei peccm̄.
Et hoc aug⁹ si desit fides uīl caritas iudiciū
sibi manducat ꝛ bibit intelligenda est si desit
in gr̄a. ut si credit se hr̄e mortale. Sed querit⁹
utrū ille sacerdos debeat dare corpus xp̄i quē
scit eē in mortali peccō. Et dr̄ ꝙ si notorius
sit nō debet ei dare nī in occulto nī in publico
si nō sit notorius nō debet ei negare ī publico
ex dn̄o qui dedit corpus suū iude qui nō
erat notorius. Dionys⁹ aūt ꝙ aspice corpus
xp̄i nō est peccm̄ ī indignis. uīo bonum
est quia cum caritas ut dicit aug⁹ sit domus
desideriū uidendi deū ꝛ fruendi deo. aspicē
corpus xp̄i ꝓuocatiuū est ad dilectionem
dei ꝛ mltoꝝ peticiones exaudiunt⁹ in ipā
insione corporis xp̄i. Vn̄ mltis uirī ī fundit⁹
grā ꝙ significatū est ī libro. nūi. ubi illi
qui aspiciebat serpentē eneū liberabat⁹
a morsibꝫ serpentū ignitoꝝ. Quod uīri
bo bethsamite perissi fuerūt quia uiderāt
archam dn̄i. hīs fuit ex indignitate coꝝ
Sed quia ꝓhibitū erat eis ne uiderent
Tam tangē corpus xp̄i ī dignis peccm̄ ē
dupliti rōne pma est quia dede magis
hr̄ odio. Vn̄ sicut caritas exigit gnictione
ita odiū ꝛ separacionē ꝛ elongacionē ꝓpt
hoc dicit⁹ publicanus alonge stans ꝛc̄.

presumit quia qui ei adeo appropinquat ut ipsum
tangat cum sit indignus. Alia vero est ut dicit
Jeronimus super malachiam panem pollutum come
dit qui ad altare dei indignus accedit vel
qui pollutus est et tangit corpus christi quantum
in ipso est ipsum polluit. Qui non ex sola re
verencia tangit sicut ille qui sustentavit archam domini
cum non peccat quamvis sit indignus. Sed
sacerdotes indigni qui sollempniter celebrant pec
cant mortaliter quia celebrant ut habeant
oblaciones vel ne incurrant infamiam vel
aliqua alia libidine. De sacerdotibus vero
qui nocturnam paciuntur pollucionem. dicitur
generaliter quod non debet celebrare nisi confessi
fuerint prius nisi necessitas cogat et tunc
confiteri debent et dolere. huiusmodi enim pollucio
semper habet causam inhonestam. aut enim est
ex turpi ymaginacione precedente aut
ex crapula. aut ex natura volente se
exhonerare. et tunc non est ex natura co
rrupta. Unde habet ibi locum illa auctoritas
bonarum mencium est ibi culpam timere cog
noscere ubi culpa non est.

Est autem multiplex causa institucionis huius
sacramenti. Prima est commemoracio pa
ssionis christi sicut ipse dicit. Que triplex
est. Prima est commemoracio amoris quem
ostendit nobis in cruce quia maiorem
caritatem et cetera. Secunda est liberacionis quia
per passionem suam liberavit nos a servitute dy
aboli et carcere inferni et mortis. Tercia
imitacionis christi virtutum scilicet humilitatis paciencie
et humilitatem et aliis virtutes quas
ostendit nobis in cruce. Secunda causa
est meritum fidei. quia meritum fidei est et laus
credere quod non vides et maxime illud
quod est supra racionem. Tercia est sublevacio
spei. Ut enim dominus cottidie presencialiter
et corporaliter esse inter nos ut magis speremus
obtinere peticiones meas. Quarta est
ut epulemur in azimis sinceritatis et
veritatis. Quinta et ultima ad remedium

peccatorum venialium que cottidie facimus
Dicit autem quedam glosa super leviticum
quod christus prius sibi sumpsit corpus et postea
dedit discipulis. porro tale dedit quale tunc
habuit. scilicet mortale et passibile. nunc vero sumitur
a nobis immortale et impassibile nec tamen maiorem
habet efficaciam. Eucharistia vero intincta
non debet dari populo pro supplemento communionis
quia non legitur christus alicui discipulorum tradidisse
panem intinctum nisi iude. Tunc vero non accepit
iudas corpus christi. Sed tantum panem. Corpus
vero et sanguinem christi cum aliis discipulis [illegible]
[illegible]. Et nota quod lucas dicit dominum
addidisse hoc facite in meam commemoracionem
quibus. scilicet verbis instituit hoc sacramentum et tacite
prius illud destituit quasi diceret. sicut vetus
pascha celebrastis in memoria liberacionis
populi de egipto et manu pharaonis. sic
de cetero hoc sacramentum frequentate vos
et successores vestri in memoria mei qui liberavi
vos de tenebris peccati et inferni et de manu
dyaboli.

Ut autem dicit Jeronimus. Penitencia
est secunda tabula post naufragium
Item ambrosius. Penitencia est mala preterita
plangere et plangenda iterum non committere.
Item augustinus. Inanis est penitencia quam sequens
culpa coinquinat. Nichil enim prosunt lamenta
si replicantur peccata. Ideo sane ita diffinitur
potest. Penitencia est virtus vel gracia qua commissa
mala cum emendacionis proposito plangimus vel odimus
et plangenda ulterius committere nolumus.
Sic vero in multis predictis intelligitur non committere
id est nolle committere. Vel potest dici quod descripcio
illa ambrosii data est secundum esse optimum penitencie
qui est quando penitens finaliter perseverat
Penitencia quidem non est virtus specialis Sed com
munis non est aliqua virtus sed in qualibet id est
malum [illegible] secundum qualibet virtutem. Nam et proprie lo
quendo luctus non est virtus Sed status
virtutis sicut pax. Porro sicut in aliis
quibusdam sacramentis tria sunt. unum quod
est sacramentum tantum. aliud quod res tantum aliud.

91

quod eſt ſacramentum et res ita et hic. Sacramentum
tantum eſt confeſſio cum abſolucione ſacerdotis. Sicut
enim ſacramentum baptiſmi in duobus conſiſtit. ſcilicet in
ellemento et verbo et confirmacio in duobus. ſcilicet criſmate
et forma verborum. ita penitencia conſiſtit in confeſſione
peccatoris et abſolucione ſacerdotis. Et ſicut in
ſacramento baptiſmi ellementum eſt materiale re
ſpectu verbi ita confeſſio reſpectu confeſſionis
abſolucionis et ſic ellementum ſine verbo non eſt
ſacramentum nec verbum ſine ellemento ita confeſſio
ſine abſolucione et e contrario. Unde confeſſio que
fit non ſacerdoti vel non ſuo ſacerdoti non eſt ſacra
mentum. quia illi non habent poteſtatem abſolvendi
Res tantum eſt remiſſio peccati. Sacramentum et res
eſt contricio cordis. Res reſpectu confeſſionis et
ſacramentum reſpectu confeſſionis peccati. Quidam
autem dicunt quod confeſſio efficit quod figurat. ſcilicet re
miſſionem peccati. Sed non omne quod figurat
ſcilicet quia non efficit contricionem cum ipſa ſit
poſterior natura et tempore. Nec eſt neceſſe ut
dicunt quod ſacramentum nove legis efficiat
omne quod figurat ſicut in ſacramento altaris
forma panis figurat corpus Christi quod tamen non
efficit. Sed remota forma panis cum forma
verborum efficit corpus Christi ſimpliciter. Itaque
ſicut baptiſmus efficit contricionem in anima bap
tizati quantum in ſe eſt. ita confeſſio prout
ſacramentum eſt contricionem efficit vel ſi precedat
vel quantum ad eſſe vel quantum ad augmentum
virtute enim confeſſionis et abſolucionis vel
datur vel augmentatur dolor et deteſtacio peccati
et datur gracia qua de attricione fit contricio et ita
patet quod confeſſio ſacramentum eſt prevenit contricio
Tamen contricio ſecundum quid prevenit et quo ad at
tricionem. ſcilicet In diffinicione quidem ſacramenti
ponitur viſibilis contricio ad omnem ſenſum. Unde
confeſſio eſt viſibilis ſ[ive] i[d eſt] ſenſibilis. ſcilicet auditui
Dicit autem magiſter quod confeſſio et ſatiſfactio
ſunt unum ſacramentum contricionis et remi
ſſionis peccati. Et dicitur unum ſicut ſpecies
panis et vini. ab unitate principalis ſignificati
quod eſt peccati remiſſio. et ſicut abſolucio forma
eſt confeſſionis. ita iniunctio ſive ſacerdotis eſt forma
ſatiſfactionis aliter enim neutrum eſt ſacramentum

In peccato quidem duo ſunt ipſum peccatum. i[d eſt]
macula anime et ſequella peccati. ſcilicet obligacio
pene. Similiter in contricione duo ſunt gracia. ſcilicet dolor
qui eſt ſequella gracie. In confuſione peccatoris adden
tria ſunt. ſcilicet peccati defectio propoſitum non peccandi
decreto et dolor pro peccato preterito. hec omnia poſſunt
fieri per fidem informem vel timore ſervilem vel
et ſolo libero arbitrio abſque gracia de novo infuſa
non tamen ſine deo principaliter operante quia ut
ipſe dicit ſine me nichil poteſtis facere. Quod
autem homo habet tunc continetur adden. et non tunc deus
convertit ad peccatorem gratiam infundendo ſecundum illud
Convertimini ad me et ego convertar ad vos. Gracia
non ſua potencia expellit peccatum et ſequellam
peccati expellit per motus quos elicit ex libero
arbitrio. Sed triplex eſt ſequella peccati que
remanet et poſt ~~ſequellam peccati~~ remiſſionem
peccati culpe. prima eſt obſcuritas viſus ſpiritualis
propter quia non poteſt videre clare quid faciendum
quid fugiendum hec ſignificata ſunt in ceco
illuminato qui primo vidit homines quaſi arbores
ambulantes. Secunda eſt difficultas bene
agendi que ſignificata eſt in veſtitis lazari
quibus ligatus prodiit de ſepulcro. Tercia
eſt pena temporalis. Duas primas expellit
gracia ſuis motibus per modum cauſe efficientis
Terciam non per modum meriti. Ideoque oportet
quod ſupponetur debito modo quod fiat iniunctione
ſatiſfactionis. licet igitur gracia ſua potencia ex
pellat peccatum. tamen ſequella gracie que eſt
in ~~iniunctione~~ confeſſione et ſatiſfactione contricione
non expellit omnino ſequellam peccati ad minus
quo ad terciam que per ſatiſfactionem recte
expellitur et ita non ſupplet ſatiſfacio. Que
valet et ad multa alia. ſcilicet ad graciae conſervacionem
et ad augmentum eiuſdem ad plenariam ab
ſolucionem ad fomitis debilitacionem. Et
ad vitandum recidivacionem unde verſus
Servatur per opus ac creſcit gracia. pena ſolutur
atque fomes languet. fugitur recidivum. Qui
autem qui nullum malum vult eſſe impunitum
ex nimia mutat illam magnam penam in
hanc minimam. Tamen quidam dicunt

quod peccato mortali meretur quis penam eternam et
temporalem. Sed eternam absolute et recte temporalem
non condicionaliter. Preterea quando quis inchoata
penitentia sed nondum completa decedit non est inconveniens
non contra misericordiam dei minorem penam mutari
in maiorem. quia minor pena in presenti magis
efficax et satisfactoria est et magis grata deo ta-
men quam longe maior in purgatorio. huius
ratio est quia pena presens penitentie voluntaria est
pena vero purgatorii de necessitate est. Denique
cum exit homo de hac vita exit forum ecclesie
et intrat forum dei ubi graviter puniuntur male
facta. Exit forum misericordie et intrat forum iusticie
Tunc enim via convertitur in iudicium.

Exiguntur igitur ad perfectam penitentiam tria
scilicet contritio cordis confessio oris
et satisfactio operis. tribus enim modis deum
offendimus. scilicet consensu verbo et opere et ideo tribus
modis eidem satisfacimus ut reconciliemur
hec est via trium dierum in exodo de qua per moy-
sen dictum est precepto israelitico populo. cui con-
cordat abrahe triduum qui pergens ad immo-
landum filium die tercia elevatis oculis
vidit procul locum. Triduum quoque versare per
prophetam dei quo nudus et discalciatus iuit
plagas peccati populi. hinc et propheta de domino dicit
visitabit nos post duos dies et in die tercia su-
scitabit nos. Jonas quoque de ninive que
significat mundum. dicit quod erat civitas itinere
dierum trium. Mox quoque ad ab eodem intra-
vit. dicitur. adhuc tres dies et ninive subvertetur
Triduum quoque deambulacionis refertur
ad peccata cordis oris et operis cum triduum
subversionis opponitur. scilicet contritionis confessionis
et satisfactionis. hoc triduo debemus expectare
dominum iuxta illud evangelicum. misereor
super turbam quia iam triduo sustinent
me. Ideo quoque ter in canticis dicitur sponse
revertere. Item quod sponsa mea veni de li-
bano veni coronaberis. hec est triplex resuscitatio
trium mortuorum a domino facta in evangelio
Sed quales partes penitentie sint ista tria

Dicimus quod dupliciter potest sumi penitentia. uno modo
ut est virtus vel iudicata virtutes. et hoc modo
sunt partes subiective. alio modo ut est unum sacramentum
de vii. et sic complectitur illa tria que sunt eius
partes integrales. Est autem triplex forum. dei. ecclesie
hominis. forum dei est divina sententia. forum ecclesie.
sacerdotis arbitrium. forum hominis propria conscientia. Qui
iudicatur in foro proprio non iudicatur in foro proprio dei
Forum dei est iusticie. forum ecclesie misericordie. forum
hominis conscientie. Primum magnum. secundum minus
Tercium minimum.

Est itaque contritio dolor pro peccatis assumptus
cum proposito confitendi et satisfaciendi. hec
precipitur a domino per prophetam. ubi dicitur. Scindite corda
vestra etc. Iste dolor debet triplex ut ait b.
acer quia offendimus deum et creatorem omnium
acrior quia patrem nostrum. acerrimus quia
redemptorem. Cause inductive contritionis
sunt vi. Cogitatio et recta pudor de peccatis
commissis. Detestatio vilitatis ipsius peccati
Timor de die iudicii et pena gehenne. Dolor
de amissione celestis patrie. et multiplica offensa
creatoris. et tres spes triplex scilicet venie gratie
et glorie. Patet autem effectus eius ex parte ethim-
ologia ipsius nominis. Dicitur enim contritio quasi simul
extota attritio quod passive intelligendum est
et active: passive quia totum cor ad litteram
quasi teritur et scinditur pre nimia angustia et
dolore. active quia tamquam fortissima
machina conterit congeriem peccatorum que
quasi quidam murus separabant nos
a deo. Item destruit laqueos contritionis et cathenas
diaboli. hec destruit carcerem infernalem
quem demones paraverunt in inferno ante
peccata. et vires demonum enervat quia
conterit brachium peccatoris et maligni. Quia
vero vii dona spiritus sancti contra septem
vicia capitalia distinguntur per oppositum
et dolor de peccato non est proprius contra aliquod
vicium sed contra omnia. ideo non distinguitur in-
ter dona. Item dicimus quod sicut delectatio aliqua
dicitur motus quo inheremus rei delectabili
cui adheret quedam passio mulcebris
sic dolor quasi dicitur motus quo abhorret

peccatum cui adnexa est quedam sue passio
quia dicitur illa passio. Contricio dicitur dolor
premens modo et sic est mitoria quia non est
pura passio. Sed motus et est sensus rei
nocive licet absentis. Nam sensus quidem
carnalis excipit rem presentem solummodo. spiritualis
non. Sed tamen secundum apprehensionem vel memoriam
unde cum memoria est peccati potest anima dolere
de preterito et eciam melius de preterito quam de presenti
quia peccatum presens delectacionem carnalem
habet que retardat dolorem. Anima quoque
dimisso peccato melius potest sentire fetorem
peccati quia odoratus spiritualis tunc melius
dispositus est. De quantitate contricionis
dicitur luctum unigeniti fac tibi. Jer.
6. Unde potest dici quod quilibet vere penitens
magis dolet de peccatis suis quam de morte
filii et si non senciat. Nec tamen oportet quod
fleat corporaliter quia huiusmodi lacrime sunt
annexa vel a gratia vel a libero arbitrio. Sed
spiritualiter quod est tantum a gratia. ~~tanta~~ tantaque potest
esse contricio quod pena dimittitur omnino. Dicitur
autem doctrinaliter a magistris quod in iustificatione
impii quatuor concurrunt tempore simul non natura
scilicet infusio gratie motus liberi arbitrii contricio remissio peccati. Dicitur autem primus prior ad
ultimus primum quidem non meretur quia
non est liberi arbitrii quia in eo meretur quia
non motus liberi arbitrii. Neque secundum meretur
cum alius motus non precedat. Sed eo merentur
duo sequencia cum sit motus liberi arbitrii
informatus gratia. Tercium quidem meretur per
secundum et eo meretur quartum. Quarto non nichil
meretur quia non est motus.

Confessio est legittima coram sacerdote
peccatorum declaracio. Et dicitur confessio quasi
simul vel ex toto vel undique fassio. Nam
ille confitetur qui totum confitetur. Confessio
utilis est ad septem. ad peccati cognicionem
Sacerdos enim debet notificare peccatum confitenti peccatum et quantitatem peccati. Juxta
illud levitici. homo mensus est etc. Item ad
satisfactionem. Erubescencia enim confessionis

magna est pars penitencie. Item ad peccati certam
dimissionem ad dei glorificacionem ad mentis iocunditatem ad diminucionem pene eternalem
ad multiplicacionem intercessorum. Debet autem esse
simplex utilis humilis secreta frequens
et prompta sine obediens. Precipue quoque
debet esse amara iuxta illud. Statue tibi
specula. po. tibi a. huius amaritudinis signa
sunt verecundia humilitas lacrime fortitudo
vincens pudorem et promptitas obediencie
Item debet esse festina propter quatuor. Primum
propter incertitudinem hore mortis. Secundum
quod moras in peccato. tanto magis elongabitur
a domino semper accumulat peccatum peccato. Tercium
est quia quanto diucius moram fecerit
in peccato tanto magis elongabitur a domino Et
per consequens tanto erit difficilior conversio. Unde
principiis obsta etc. Quartum quia in
extrema egritudine vix potest aliquis penitere
quia illuc rapitur intencio mentis ubi est vis
doloris. Multa enim ut ait augustinus occurrunt
tunc impedimenta. Nam morbus urget pena
terret filii quos illicite dilexit et uxor et
et mundus eum ad se vocat. Tene ergo certum
et dimitte incertum. Scilicet age penitenciam dum sanus es
Item debet esse integra. secundum illud Augustini
Caveas ne verecundia ductus dividas
confessionem. Adverte autem quod circa confessionem sit xx
exigitur. scilicet quod sit voluntaria. fidelis propria
accusacio vera. nuda discreta pura morosa.

Sciendum non quod semel saltem in
anno tenetur quilibet postquam ad
annos discrecionis pervenit confiteri omnia
peccata sua et suscipere reverenter ad minus
in pascha eucharistie sacramentum nisi forte
de consilio proprii sacerdotis ob aliquam racionabilem
causam ad tempus ab eius perceptione duxerit
abstinendum. Debet etiam ut aliqui dicunt tamen
illas circumstancias que trahunt in genus
peccati tenetur confiteri. Alias autem non. Alii vero
tamen dicunt quod omnes alias que notabiliter
et aperte aggravant peccatum in confiteri tenetur
Sed alias minutas non. Sicut autem confiteri

circumstancias aliquas dimittit ne scandalizet confessorem. ita confessor debet non inquirere aliquas circumstancias et modos peccati ne scandalizet confitentem. Sic igitur circumstanciale aliquid omnino taceri debet in confessione. Sed peccati genus non debet taceri. Debet eciam peccator dolere et confiteri de bonis omissis que ipse potuit facere et non fecit. De tempore quoque male expenso et quia proximorum animas deo eripuit vel in malo confirmavit. Item de tristicia quam intulit bonis peccando et delecticia quam eis non adhibuit. Item non solum cogitet quid et qualiter fecerit sed quam iniuste deum offendit. Porro venialia non tenemur confiteri ex precepto licet bonum sit. Auctoritas autem iacobi de confitendo alterutrum quantum ad mortalia est in precepto quantum ad venialia consilium datur. Item quod dicit glosa quod cottidiana et levia coequalibus sacerdotibus sunt pandenda intelligitur de generali confessione que fit in prima et completorio. Et verum est quod qui cuique offendit tenetur satisfacere et confiteri specialiter vel in generali confessione. Namque qui non confitetur se esse peccatorem eo ipso peccator efficitur. unde Io. si dixerimus quia peccatum etc. Et quia quilibet tenetur confiteri ad minus semel in anno qui non habet nisi venialia tenetur confiteri illa. Et ita per accidens et in casu verum est quod aliquis tenetur confiteri venialia propter bonum obediencie. Porro utrum venialia requirant contricionem dicimus quod non nisi generalem quia per preces et elemosinas et aliis pluribus modis dimittuntur venialia et etiam in purgatorio

Tenetur ergo penitens confiteri proprio sacerdoti qui tenetur ei tradere sacramenta in quorum collacione imminet sibi periculum nisi faciat posse suum ut sciat cum decet. Fallit regula supradicta in quinque casibus in quibus potest cui data est potestas imponendi penitencias in aliqua parochia ab episcopo audire confessionem alterius parochiani. videlicet cum ille extraneus peccavit in parochia sua. Item si mutavit ibi domicilium. Item si est ibi vagabundus. Item si propter peccatum et optinuit licenciam a sacerdote suo quem videbat imperitum et insufficientem volens ire ad alium sive discreciorem. vel quia longum iter arripiebat petiit licenciam ut possit in itinere confiteri. Item in articulo necessitatis. Sed numquid in hiis casibus potuit audire confessionem illi quibus non est data potestas ab episcopo. Respondeo quod non nisi in primis quatuor casibus. quia licet ipsi penitentes sint absoluti quod possint confiteri non tamen sunt illi absoluti quod possint audire. Item proprius sacerdos non potuit dare talibus iurisdictionem sive potestatem talem. Sed episcopus solus potest illis qui sunt in suo episcopatu non aliis. In quinto non tamen secus dico. quia ut ait augustinus. Tanta est vis confessionis ut si immineat articulus necessitatis. sicut cum quis infirmatur ad mortem vel debet intrare bellum iustum et deest sacerdos confiteatur proximo. Et ita non solum clerico sed et layco licet tunc confiteri

Parochialis sacerdos vel alius cui dederit potestatem imponere penitenciam subditis de omni crimine nisi in casibus. Unus est de quibus est solempnis penitencia imponenda. Alius de excommunicatis propter quos potest aliquis absolvere et aliquis non. Tercius ubicumque invenitur irregularitas contracta quia propter illam debet penitentem ad episcopum ut ipse dispenset cum eo si potest vel cum litteris suis mittat eum ad papam. Quartus est de incendiariis. Quintus si sit consuetudo in aliquo episcopatu quod aliquorum certa crimina ad episcopum referantur. Nam horum et aliqui mittuntur ab episcopis ad sedem apostolicam propter enormitatem criminum et horrorem. Et credo quod episcopus non intelligitur delegare huiusmodi maiora in simplici delegacione nisi expresse dictum sit cum ad proprius correctionem videatur specialiter expectare. Item notandum quod sicut quod sicut penitens non debet vocatim specificare personam

cum qua peccavit nec circumstancias per quas
intelligi possit, nisi esset forte notorium vel aliter
non posset recte confiteri. Ita non debet sacerdos
personam specificare in interrogacione. Sed
interrogare sistat caute circa qualitatem
persone, scilicet utrum si erat virgo vel corrupta
vidua vel meretrix vel coniugata consa-
nguinea vel sanctimonialis et similia. Porro
neque verbo neque facto neque signo debet re-
velare sacerdos peccatum confessionis, nisi in uno
casu, scilicet quando aliquis confitetur heresim suam
et multos corrumpit nec vult aliquo modo
resipiscere. Tunc enim sacerdos debet dicere
ut vitet illum tanquam hereticum ipso pre-
monito et ipse et per eum si opus est. Unde versus:
Est heresis crimen quod non confessio celat.

Tertio autem ait gregorius. Satisfactio est cau-
sas peccatorum excidere et earum suggestionibus
additum non indulgere. Duplex autem est excisio
peccati. Quedam enim excisio simpliciter que
per fugam et abstinenciam fit a peccato. Quedam
violenta que fit per contrarium, ut ieiunium per
quod exciditur causa luxurie. Dacio ellemosine
per quam causa avaricie. Ut vilibus per quod causa
superbie et huiusmodi. Et sic excidere sumitur active.
Itaque sacerdotes semper debent aliquam satisfa-
ctionem iniungere, licet in contricione quandoque aliquis totum
tollat peccatum quia ipsi non vident hoc. Sed
Christus cui patent corda. Ipse vidit contricionem
mulieris et ideo nullam aliam iniunxit satisfa-
ctionem. Notandum tamen quod confessores quedam
iniungunt ad fundamentum satisfactionis, ut ab-
stinere a peccato et restituere ablatum sine quibus
non potest esse satisfactio. Quedam ad expedi-
cionem satisfactionis, ut vitare loca suspecta
periculosa, mala consorcia. Quedam ad substanciam
satisfactionis, ut ieiunare et peregrinari. Quedam
ad perfectionem et securitatem satisfactionis, ut
opera supererogacionis. Quedam ad guber-
nacionem, ut aliqui abstinere a carnibus et a
forti vino et huiusmodi. Quedam est ad maius
meritum. Quedam ad exemplum ceterorum.
Et dicimus quod contricio quantumcumque pura sit oracio

tollit peccatum quo ad culpam et penam eternam, sed
non quo ad penam temporalem. Item magis satisfac-
tiva quia quantumcumque dacio ellemosine et magis
deo placet. Non tamen cessare debet dacio elle-
mosine quia penam temporalem minuit et meritum
auget et aliquando oracionibus pauperum quibus
datur ellemosina confertur gracia vel sanitas vel
devocio vel prosperitas et augmentum vite temporalis
sicut dicit apostolus. Consistit autem satisfactio
in tribus, scilicet oracione, ieiunio et ellemosina, ut
iste ternarius contra illum nephandum dyaboli
ternarium opponatur. Oracio contra superbiam,
Ieiunium contra carnis concupiscenciam, Ellemosina
contra avariciam. Ellemosina autem est triplex.
Prima consistit in cordis contricione iuxta illud
miserere anime tue placens deo. Secunda
in compassione proximi. Tercia in largicione
manuali circa corporalia et beneficia in quocumque
consilio et subsidio que impendimus proximo. Oracio
quoque triplex est, scilicet vocalis, mentalis et realis
et ut ait augustinus ipsum desiderium continua est oracio.
Est autem oracio pius affectus mentis in deum
tendens. plerumque ne pigreris in nocte pro-
rumpens. Vel sic oracio est congeries vocum
ad aliquid impetrandum in deum tendencium. Exigitur
in oracione tredecim, scilicet quod sit fidelis secura hu-
milis discreta devota verecunda prompta secreta
pura lacrimosa attenta fecunda operosa
et assidua. Ieiunium est triplex. Primum
est corporis a cibo materiali. Secundum afflictionis
a gaudio temporali. Tercium spirituale a peccato mor-
tali. Dominus instituit primo ieiunium in paradiso
Et postea sanctificavit cum ieiunavit in
deserto. Ieiunium debent semper hec quatuor co-
mitari, scilicet largitas, leticia, hora et mensura.
Ieiunio autem ad carnis maceracionem a-
nnexa sunt duo, scilicet vigilie et flagella. Que
in quadripartita sunt. Prima consistit in armis
penitencialibus, scilicet cinere, cilicio et lacrimis.
Secunda in pectoris tunsione et corporalibus eg-
ritudinis afflictione. Unde sacerdos debet dicere
penitenti quod omnia ista satisfactionis opera
sit ei pro parte penitencie et valebunt ei omnia si
adsit devota penitencia. Opus ex caritate factum.

in quantum penale est satisfactorium in se, et quanto magis penale magis satisfactorium est. Unde dare .s. magis satisfactorium est quam dare .x. aliis paribus. Tamen dare .x. pauperi est magis satisfactorium quam dare diviti aliis paribus, quia dare .x. respectu pauperis plus est et magis penale quam dare .c. respectu divitis. Unde dominus dixit vere hec vidua etc. Sed cum dilectio dei non sit penalis, illa locutio dimissa sunt ei peccata multa per accidens vera est. Nam quia dilexit multum flevit multum et dimissa sunt ei peccata multa, pena multorum peccatorum.

Quia non opera facta extra caritatem non sunt satisfactoria, penitentia facta in mortali iteranda est vel iuxta sacerdotis arbitrium recompensanda. Item penitentia quedam est continua secundum tempus ut ieiunium diuturnum, celebratio misse. Talis iteranda est a capite si interrupta fuit. Unde ad tales penitentias vita nazareorum figurat vitam penitentium. Item alia est penitentia in tempore illata ut cum papa precipit alicui ut ieiunet .x. dies non continuos. Si ieiunet quinque in caritate et .v. in mortali, non tenetur omnes iterum ieiunare sed sufficit ieiunare .v. quos ieiunavit in mortali. Si penitens in bono proposito facit penitentiam sibi iniunctam non confessus alicuius mortalis absolutus est. Unde si peracta penitentia recordatur aliquod mortale sufficit illud confiteri et dabitur illi penitentia pro illo tantum. Igitur ille qui in mortali facit penitentiam digne sibi iniunctam non est absolutus a pena quia non erat debitum pene ut pene. Sed ut emende sive pene satisfactorie. Tamen absolvitur a precepto sacerdotis. Unde non tenetur eandem iterare. Sed quia non satisfecit tenetur adhuc satisfacere. Nam iuxta super symias serviunt qui bona opera in mortali faciunt. Item Gregorius: Interim fac quicquid boni potes ut deus illustret cor tuum ad penitentiam. Unde patet quod illud non est penitentia sed preparatio ad penitentiam. Sciendum autem quod opera mortificata reviviscunt sed non mortua opera. Mortua sunt que fiunt in mortali. Bona tamen sunt. Mortificata sunt illa que fiunt in caritate et postea moritur in mortale. Licet autem peccatum sequens mortificet opera prius viva, non tamen sequitur quod si caritas sequens vivificet opera prius mortua, quia mortificare opera viva et vivificare mortua non convertuntur, quia non sunt respectu eiusdem. Quod patet quia mortificare opera viva est mortificare opera facta in caritate. Vivificare autem opera mortua est vivificare opera facta in mortali, que constat non esse eadem. Porro opera mortificata dicuntur reviviscere non quia valeant ad substantiam premii, sed quia redeunt in statum sue originis scilicet caritatis, et etiam dicuntur reviviscere quia valent ad multa, scilicet ad maiorem radicationem caritatis, ad facilius ~~[illegible]~~ operandum, ad diminutionem pene purgatorii, ad vitandum casum, ad expellendum hostes, ad efficacius merendum, ad spei roborationem, ad satisfactionis absolutionem. Similiter et valent opera facta in mortali ad multa, scilicet ad temporalium bonorum multiplicationem, ad pene temporalis dilationem vel diminutionem, ad gratie habilitationem, ad assuefactionem bene operandi. Nam licet nullius premii sint meritoria simpliciter tamen demum remuneratur ea tamquam meritoria simpliciter, tamen dominus remunerat ea tamquam meritoria ex sua liberalitate. Iustum enim diligit bonum et odit malum, ut nullum bonum irremuneratum nullum malum impunitum esse patiatur. Interpretative ergo opus factum extra caritatem est meritorium premii temporalis. Nec valet hec argumentatio: quodlibet malum opus est meritorium alicuius pene, ergo quodlibet bonum opus est meritorium alicuius premii. Malum enim ex se et ex voluntate propria sit meritorium pene. Bonum non ex sola caritate que est principium omnis meriti habet quod sit meritorium alicuius premii.

Species penitentie sunt tres. Nam alia est solempnis, alia publica, alia privata. Solempnis est que fit in capite quadragesime cum solempnitate. Dicitur et solempnis licet non ita proprie quando aliquis [illegible] ad penitentiam agendam mittitur in monasterium. Hec debet

in penitenciam publicam. ab episcopo tamen vel de mandato eius a sacer
dote et per eiectionem publicam per totam comunitatem urbe.
Nec debet imponi clerico nisi deposito. Cui si sollempnis
ingerit eam non debet postea promoveri nec ministrare
in ordine suscepto. Item non debet
contrahere matrimonium. Si tamen contraxerit tenebit. Pu
blica dicitur illa penitencia que fit in facie ecclesie non
cum predicta sollempnitate ut cum iniungitur pe
regrinacio per mundum cum baculo cubitali et
scapulari vel veste aliqua ad hoc consueta.
Hanc posset imponere quilibet sacerdos suo pa
rochiano. quia non invenio sibi prohibitum nisi
consuetudo esset contraria in aliqua ecclesia. Sollempnis
penitencia non debet iterari. Sed alia quelibet
potest et debet quociens homo peccat. Privata
dicitur illa que singulariter fit cotidie.
Cum quis peccata sua secrete sacerdoti con
fitetur. Est autem falsa penitencia. cum sic agitur
de uno. ut non discedat ab alio. vel cum peni
tentes ab officio curiali vel negociali
non recedit quod nullatenus sine peccato agi
valet. aut si odium in corde gessit aut
si offenso cuilibet non satisfaciat. aut
si offensus offendenti non indulgeat. aut
si arma contra iusticiam gerat.

De numero clavium quidam dicunt quod
duplex est clavis. scilicet sciencia discernendi
et potestas ligandi et solvendi. Et dicunt quod
per scienciam solvitur intellectus penitentis. per po
testatem affectus. non tamen omnino aperit sciencia
sed potestas perfecte aperit et claudit. Unde sicut in
aliqua archa quandoque sunt claves due. una
que imperfecte aperit et dicitur minor clavis. altera
que perfecte aperit et dicitur maior clavis. ita
est hic. Sed si sciencia est clavis. Quomodo
dantur ii claves in ordine. Ob hoc dicunt
alii quod non discernendi sciencia. sed officium clavis
est quod datur in susceptione ordinum. Unde
dicunt quod sacerdos ydiota clavem utramque habet
Sed non consiliarium alterius. scilicet scienciam et ideo quandoque
quis errat. Alii dicunt. quod auctoritas discernendi
est clavis et differt ab alia clave. scilicet a potestate
ligandi et solvendi. sicut iudicium et iusticia.
Auctoritas enim discernendi solvit et ligat per diffinicionem
sive potestas non per execucionem. Unde dicere sentencia est
primus usus clavium execucio secundus. Contra hanc
opinionem quam credimus esse veram in glosa
super hoc sumitur sciencia discernendi. Dicimus
ergo quod sciencia non est clavis sed ancilla clavium
tamquam consiliarius. Et potest dici quod aperire regnum
celorum nichil aliud est quam exclusum reconciliari
ecclesie et induci. Claudere non est excludere
ab ecclesia. Et hoc facit deus auctoritate sacerdos
ministerio. peccator non intrat nisi intro. Patet
ergo quid est clavis. scilicet potestas sive dignitas
discernendi aut exequendi discrete quod datur
in ordinacione tam ydiotis quam sapientibus.
Quod autem dominus ait apostolis sicut intelligimus
Quecumque solveritis. id est cuiuscumque absolucionem
consummaveritis. Consummacio autem dicitur respectu
inchoacionis. quia deus inchoat solucionem
dimittendo culpam et penam eternam et sacerdos
consummat dimittendo aliquid de pena temporali
ex vi clavium per impositionem manuum et hoc
hoc patet in suscitacione lazari. Dixit enim
dominus lazaro veni foras. postea dixit discipulis
Solvite eum et sinite abire. Igitur cum sacerdos
iniungit alicui penitenciam minorem condignam
si decedat illa impleta residuum sine dubio
solvet in purgatorio. quia sacerdos non penitus
consummavit absolucionem sed in parte. Unde secundum
illam partem quam consummavit absolutus
est ille modo. Porro in ficte confitente quem
sacerdos absolvit errat clavis quo ad quid
et quo ad quid non. Errat quidem secundum
veritatem quia non solvit cum credat eum
solvere. Non errat secundum iudicii equitatem
quia secundum exteriora oportet eum iudicare sicut
iudex qui punit innocentem secundum allegata
iuste iudicat secundum iudicii equitatem. sed
non secundum rei veritatem. Alii exponunt sic. quandocumque
cumque ligaveritis etc. iuste. scilicet et dicitur iuste
conveniens ad utrumque. scilicet congruum ad illum
qui ligatur et ad illum qui ligat. sed hec expo
sicio equipollet priori. Tunc enim iuste ligatur
aliquis cum deus inchoat ligacionem et sacerdos
consummat. Dicimus ergo quod dominus et tota celestis

curia approbat istam excommunicationem. Sed quando prelatus iniuste excommunicat non tunc approbat actionem excommunicationis quia peccaverit sed passionem excommunicati. Ora autem super illud xi. q. iii. tibi da. et c. dicit glo. quas si tunc habuisset error post in eo loco non invenisset. Sic exponitur quas si habuisset ita plene sicut postea quando fuit confirmatus virtute ex alto, postea non invenisset in eo locum error mortalis.

Omnes sacerdotes habent claves et alii sol. Claves enim annexe sunt ordini sacerdotali. Sed liberas habent sacerdotes curati ligatas heretici excommunicati suspensi religiosi non curati. Sed tamen differenter nam heretici eum habent ligatas vel mortuas sicut paleticus manum. Excommunicati et suspensi simpliciter habent ligatas habent vinculo scilicet excommunicationis et suspensionis sicut qui habent pedes ligatos pedes quidem habet sed non potest uti eis ad ambulandum. Seculares sacerdotes non curati dicuntur habere ligatas inproprie scilicet quia non habent materiam vel subditos in quos possint exercere usum clavium. Religiosi quoque claustrales quia non habent subditos et quia nichil possunt nisi de licentia prelati sui. Sed queritur si religiosus aliquis sacerdos non petita licentia sui prelati absolvat aliquem dilicentia prelati illius utrum sit absolutus. Quidam dicunt quod non quia religiosus ille habet ligatas claves. Alii dicunt quod absolutus est quia ligatio qua ligate sunt claves excepta sua nichil aliud est quam quod non est sui iuris. hoc autem non impedit quin possit absolvere sibi subditum. Sed non debet absolvere sine licentia sui prelati. Unde male facit absolvendo tamen absolutus est. Archidiaconi non habent claves quia non sunt sacerdotes. habent tamen potestatem ligandi et solvendi per excommunicationem et dicitur quod hanc potestatem habent per demandationem non officio sue dignitatis quia episcopus demandavit ei usum clavium quo ad hoc. Alii dicunt quod hanc potestatem habent archidiaconi ex officio et digni

tate

sua qui dicit decretum quod ad officium archidiaconi pertinet circa emendationem et ordinationem et in ecclesia recte iurisdictio. Quidam ne premissis invitis est non habet potestatem cohercendi rebelles per censuram ecclesiasticam et ita sicut habent extensiosam iurisdictionem ex officio et dignitate sua et ita et potestate cohercendi per censuram ecclesiasticam. non tamen habent claves. Nec tamen habent claves quia excommunicare et absolvere non est principalis usus et specialis clavium sed solvere et ligare in foro penitentiali qui tamen sacerdotibus convenit.

De misura penarum videtur premittendum quod in arbitrio sacerdotis pene omnes taxantur consideratis circumstanciis criminis. quantitate. dignitate. qualitate. Item persone dignitate officio paupertate. Infirmitate sive debilitate. complexione consuetudine scientie laicus et devotione. Item religionis et temporis qualitate. Et in aliis circumstanciis superpositis. Unde actione consistenda sunt suo iudicio pro ut cum fortius animos perspexerit esse devotos etc. Item in unum simul hoc sit positum in iudicio cum qui possunt vel episcopo terre vel qualiter non penitere debeat qui delinquit. Veniam regulariter pro primo adulterio et ceteris criminalibus maioris septennis penitentia est imponenda. sicut dominus precepit maria extra castra vii diebus excedi. Et ut sicut propter peccatum septiformis spiritus sancti gratiam amisit ita per penitentiam septenem recuperet. Veniam magis vel minus ei spatio datur pro ut maioritas vel minoritas criminis cum circumstanciis hoc exposcat ut patet in sequentibus.

Exprimuntur enim ab ista regula plerique casus in quibus propter peccatis dignitatem vel criminis enormitatem imponitur maior penitentia. Nam presbiter si fecerit fornicationem debet agere penitentiam decem annorum. Item si cognoscat filiam suam spiritualem quam baptizavit. vel de sacro fonte levavit vel in confirmatione suscepit vel qui peccata sibi confessa fuit ~~depo deponendus~~ deponendus debet agere penitentiam xii annorum et deponendus etc.

et debet deponi. Et hoc ſi crimen manifeſtum
eſt. Si eſt epiſcopus peniteat .xv. annis pro ea
non mulier debet omnia relinquere res ſuas
pauperibus tradere et gratia in monaſterio deo
uſque ad mortem ſeruire. Item qui cognouit
monialem agat penitentiam x. annorum. De vicio
ſodomitico patet per auctoritatem Aug. quod longe
maius crimen quam cognoſcere matrem. Quo-
cumque autem tale ſtuprum exerceat peccat quia
mutatur homini feminina ordinatio in naturae
debito virum contra naturam et ſodomiticum
iudicatur. Item matricida debet penitere
x. annis. Et dicit .h. quod vxoricidium
maius peccatum quam matricidium. Alii non
communiter dicunt contrarium. Imponitur tamen maior
penitentia vxoricide quam matricide quia
homines promptiores ſunt ad occidendas
vxores quam matres. Item pro homicidio
caſuali imponendae penitentia v. annis ſi
culpa preceſſit caſum. Aliter nulla. tamen forte
ad cautelam. ſi quis pro ebrietate vel
voracitate eucharistiam euomit .xl.
dies peniteat ſi laycus eſt. Clerici vero
vel monachi ſiue diaconi et presbiteri .lxx. diebus
peniteant. Epiſcopi xc. Si pro infirmitate ſacramentum
euomit vii. diebus. Debet autem ſumi
in hoc vel lino cum diligentia et cremari
et cineres iuxta altare recondi. Et di-
ligenti inſpectione predicte regule cum
exceptionibus ſuis poterit diligens confeſſor
dare vel inuenire pro ceſſum ad ſatiſ-
factionem pro diuerſis criminibus ſiue canones
penitentiales imponendarum. Neque ſacerdos debet
a forma predicta recedere niſi forte propter cauſam.
Alii non dicunt indiſtincte omnes penitentias
arbitrarias et hanc opinionem videtur
amplecti conſuetudo. prima tamen eſt tucior
ſed difficilior.

Item quedam crimina ſunt de quibus
non poteſt quis a ſe penitentiam niſi reſtituat
vel remittat ſi tamen poteſt quod male accepit
videlicet ſymonia rapina et huiuſmodi
Et ſemper debet ſacerdos iniungere penitentiam per ſe iam.

Reſpondente ipſi peccato. vt puta ſuperbo orationem
et humilitatem. auaro largitatem gulo ſo ab-
ſtinentiam etc. Item circa perſonas obnoxias
aliis aliquo vinculo ſeruitutis caueat prouiſe
ne imponat eis talem penitentiam per quam fieret
preiudicium illis quibus tenentur aſtricti et precipue
circa coniugatos. Item nota quod in foro penitentiali
appelantur legitime ferie tres dies ſeptimane
ſcilicet ii. feria et iiii. et vi. Preterea licet ipſe ſolus
deus dimittit peccata et debitum eterne pene
dicuntur autem ſacerdotes ſoluere et ligare tribus
modis ligant enim vel ſoluunt. i. oſtendunt aliquem
ligatum vel ſolutum. vnde leproſos prius dominus
dominus reſtituit ſanitati deinde miſit ad ſacerdotes
quorum iudicio oſtenderentur mundati. Item
lazarum per morte reſuſcitauit deinde mandauit
diſcipulis ſoluere reſuſcitatum. Nam licet aliquis
apud deum ſit ſolutus non tamen in facie eccleſie
ſolutus habetur niſi per iudicium ſacerdotis. ſecundus
modus ligandi cum ſatiſfactionem penitentie con-
fitentibus imponunt. vel ſoluendi. cum de
ea aliquid dimittunt vel per eam purgatos
ad ſacramentorum communionem admittunt. Tercius
modus eſt qui fit per excommunicationem. Iuxta
omnes modos eſt accipiendum expone da quecumque
ſolueris ſuper terram etc. Non tamen ſimpliciter
quandoque dum ſacerdos iniuſtos dampnat
et iniuſte ligatos ſoluit. Vnde diſtingue
quantum ad hoc triplex iudicium. primum
dei ſecundum petri tercium eccleſie militantis.
Tercium ſurſum curia celeſtis. Primum.
eſt quo deus mundat animam a lege tentione
et hoc precedit reliqua duo tempore dignitate
et efficacia. Eſt enim eius qui claudit et
nemo aperit etc. Secundum eſt iudicium ſacerdotis
qui auctoritate clauium ligat vel ſoluit in terris
i. oſtendit eum ligatum vel ſolutum a deo. et poſt
hoc ſequitur tercium quod eſt approbationis ſcilicet curie
celeſtis et angelorum. Secundum hunc ergo
ordinem ſic expone. Quodcumque ligaueris
ſuper terram iudicio petri vel iuſte vel
claue non errante erit ligatum et in celis
ſcilicet per approbationem celeſtis curie quia quod in his
per eccleſiam militantis factum in terris approbat.

ipse eiusdem tamen particeps in aliis ... remissio fiat pro malis sicut pro bonis ministeriis. Dico quod bonis remittitur ex officio ministro criminali tamen ex officio.

Est autem excommunicatio a communione ecclesie separatio, et fit propter contumaciam vel aliam manifestam offensam. Consistit autem hec separatio in sacramentis et orationibus ecclesie et in usu corporali in collocutione, communione et salutatione. Excommunicationum alia maior, alia minor. Illa est maior que promulgatur in aliquos ut cum dicitur excommunicamus petrum vel martinum vel omnes usurarios. Hec arcet a sacramentis et ab ingressu ecclesie et communione fidelium que est in tribus predictis. Minor est que retrahit a participatione cum illis ... sacramentis. Hec separat a perceptione sacramentorum et non a communione fidelium. Non enim tenetur excommunicatione minori et tamen personam vitare nisi in quosdam qui excipiuntur in decretis. De hac potest absolvere quilibet sacerdos. De maiori tamen ille qui tulit vel superior. Item excommunicationum quedam est iusta, quedam iniusta. Iusta que fit animo corripiendi et propter culpam debitam et iuris ordine servato. Iniusta est in qua predicta omittuntur. Huius autem ortum excommunicationis ab apostolo qui excommunicavit corinthium fornicarium tradens sathane ut spiritus eius salvus fieret. Habuit etiam ortum in antiqua lege ab illa maledictione que facta est super non observantes legem. Aliter in describitur hoc modo. Excommunicatio est a qualibet licita communione vel legitimo actu separatio.

Verumtamen infligitur quandoque a iure quandoque a iudice. A iure infligitur maior in [illegible] casibus. Minor autem excommunicatio sive suspensio infligitur ipso iure vel ipso actu quo addens cum ... eius statim peccat mortaliter. Quo addens ... quo addit ecclesiam cum quis communicat cum excommunicato, cum committit sacrilegium. Item quando quis est in notorio crimine quia repellitur a sacramentis vivus et mortuus si non penituerit. A iudice infligitur similiter iudicio utraque. Maior quidem simpliciter et quosdam alios tantum ab episcopo. Sed hoc intellige cum sollempnitate expressa in iure. Hec est enim specialis iurisdictio episcopi. Alii vero prelati qui presunt ecclesiis collegiatis habent iurisdictionem super subditos suos ut abbates et archipresbiteri vel plebani possunt excommunicare et maiori. Sed non cum predicta sollempnitate. Inferiores vero sacerdotes parochialium ecclesiarum qui non habent iurisdictionem in subditos suos ut possint in eos cognoscere vel iudicare ordinarie non possunt excommunicare maiori nisi ubi hoc optinet de consuetudine, nam in talibus consuetudo dat iurisdictionem. Minor autem ab episcopis et aliarum ecclesiarum prelatis infligi potest fere omnes. Potest autem prelatus penam iustam infligere subdito suo tamen etiam qui admittit crimen in parochia sua. Maior infligi debet pro contumacia tantum que triplex est. Nam alia est in non veniendo ad iudicium sive quia peremptoria citatione recepta venire contempnit sive quia maliciose se occultat sive quia impedit ne possit ad eum citatio pervenire. Alia quia citatus venit ad iudicium sed non vult stare iuri vel sed ante finitam cause examinationem contumaciter et illicentiatus recedit. Alia non quia offensa eius est manifesta et iussus a iudice non vult emendare. Quicumque aliquis fuerit vocatus vel admonitus tribus edictis vel peremptorio pro omnibus potest si contumax fuerit excommunicari, et non distincto utrum pro modica vel magna causa fiebat vocatio vel admonitio quia semper est ibi contumacia que est in maiori crimen. Minor autem excommunicatio potest imponi pro aliis culpis.

Ab homine non excommunicatione maiori lata a iure potest excommunicatus absolvi a suo episcopo vel ipso sacerdote si conditor canonis reservaverit sibi specialiter absolutionem. Reservat autem papa sibi absolutionem talium in vi. casibus. Unus est de illo qui liberat

clericum quem nullus potest absolvere nisi
papa exceptis casibus. scilicet si sit in articulo
mortis. si hostiarius aliquis potestatis sibi com-
misse officii sui malignatus clericum lesit
dum tamen graviter non vulneravit. Si monachus
verberat monachum vel regularem vel etiam
secundum quosdam secularis secularem dummodo non immineat
in commune. si sit mulier. si sit filius et hoc si
verberavit clericum in fraudem domini se sub-
traheret se illius obsequio vel si dominus propter
hoc sine culpa sua graviter dampnum sub-
stineret. Et hos duos casus intellige non
esset gravis et enormis excessus. Item si
fuerit levis iniuria quam intulit clerico
Item si sit infirmus pauper vel impubes
vel senex vel valitudinarius. si habet in-
imicicias capitales. In istis octo casibus
potest verberans clericum absolvi ab episcopo suo
In primo tamen casu et duobus ultimis
excepto impubere. debet eis quos absolvit
iniungere sub debito iuramenti quod cessante
impedimento ad romanam ecclesiam vel eius le-
gatum accedat mandatum super talibus re-
cepturi. Sed communis est opinio quod non re-
viviscat excommunicacio semel extincta si
tamen nollet implere mandatum impedimento cessa-
te debet excommunicari. Secundus in quo non
potest episcopus propriis absolvere est de illo qui in-
cendit ecclesiam et est denunciatus excommunicatus
ab episcopo. Nam ante denunciacionem ab episcopo posset
absolvi. Tercius est de illo qui frangit e-
cclesiam et est denunciatus excommunicatus. Q-
uartus est de illo qui sciens et sponte
participat excommunicatis a papa et eos recepit
in officiis. Quintus est de illo qui falsat
litteras apostolice sedis. Sextus de illo qui
participat excommunicatis in crimine. Talis
enim quia racione criminis dampnati videtur
in eum delinquere qui dampnavit
ab ipso excommunicatore vel suo superiori licet
non sit alias subditus eius. Immo delicti est
absolucio requirenda quia facientem et
consencientem pari pena constringit. Verum
est si difficille sit ex aliqua causa iusta

quod ad ipsum excommunicatorem absolvendus accedat
Conceditur indulgencia iuris ut prestita iux-
ta formam ecclesie iuratoria caucione quod excom-
municatoris mandato parebit a suo absolvatur
episcopo vel a sacerdote proprio. A sentencia non iudicis
non potest absolvi excommunicatus excepto mortis
articulo. nisi ab excommunicatore suo vel eius superiore
si ad illum fuit appellatum. vel si excommunicator
negligenter vel maliciose differat absolucionem
et in aliis casibus in quibus potest iudicare
de subditis suffraganeorum suorum. Excommuni-
catus maiori excommunicacione pro contumacia
scilicet quia nolebat venire ad iudicium vel stare
iuri debet absolvi recepto ab eo prius iura-
mento quod stabit mandato ecclesie. Debet autem
mandatum fieri ut pareat iuri. Cum vero pro
offensa est excommunicatus aut offensa ma-
nifesta est per sentenciam vel facti evidenciam ita
quod non est locus inficiacioni aut est dubia.
In primo casu debet ante absolucionem sufficientes
prestare emenda. In secundo non sufficit ad
relaxandam sentenciam si pendet mandato com-
petens satisfactio prebeatur. Debet enim mandari
sibi premissa satisfactione debita pro offensa
quod de cetero similia non committat nisi quantum
avire est sibi permissum. Item debet dicere
iudex hec verba vel equipolencia auctoritate
qua fungor absolvo te etc.

Cum autem papa facit generalem remissionem
pro subsidio terre sancte vel similibus causis et aliquis
et aliquis contritus et confessus fecerit ellemosinam
huius piam et catholicam devocionem. Credens
simpliciter et pure illud quodcumque litteras et cetera
valet sibi ellemosina ad hominis pene sub-
levandum et hoc propter duo. scilicet propter devotam erro-
gacionem et quia obligat eum qui facit remissionem
primo et totam ecclesiam ut suffragetur ei. Sciendum
tamen quod maioritas et minoritas pene attenditur
secundum tercia. scilicet secundum maiorem vel minorem devocionem
ipsius penitentis et eorum qui suffragantur. secundum
maiorem vel minorem numerum eorundem et suffra-
gancium valet ad venialium delectionem. Item
valet peccatori offerenti ex pia devocione licet.

in forma ad quam impetracione Guillermi antisiodorensis. Ad hoc autem quod huiusmodi relaxaciones tantum valeant quantum promittit ecclesia exiguntur sex. Primum est potestas ligandi atque solvendi scilicet ut absolvatur ille qui absolvit a prelato vel ab alio de prelati precepto. Secundum est necessitas loci et illius cui fit relaxacio ut cum non possit remunerare pro debilitate vel iniquitas pecuniarias facere. Tercium est devocio fidei vel scilicet credat eciam talem potestatem habere. Quartum est status illius cui datur vel scilicet sit in statu gratie. Oportet enim quod habeat caritatem. Quintum est discrecio vel scilicet diffiniat apud se pro quanto vellet exhonerari vel quantum vellet dedisse ut absolutus esset a tanta pena. Sextum est iusta extimacio ut sic tantum quod ei dimittitur ipse recompenset. Sed ecclesia tacet illam duabus de causis. Prima est quia si determinaret non essent fideles ita prompti addendum. sicut si predicaret laicis quod tantum valeret unum opus meritorium in caritate factum ad vitam eternam quantum mille facta extra caritatem non essent ita prompti addendum ad faciendum bona opera. Secunda est quia si caritatem habet ille cui fit relaxacio cum caritas non sit sine fide. habebit iustam extimacionem de omnibus hiis fides enim adiuncta caritati est iusta extimatrix operum spiritualium. Ad illam auctoritatem quod cuique solveris super terram etc. dicimus quod intelligendum est iuste et iuste intelligendum fuit illa vi. que dicitur. Alienacio quidem pecunie satisfactoria est cum sit penalis. et non quantum ad relaxacionem pene. peccatoris et dicionis et pauper quam dives. Sed simpliciter est melior etc. scilicet quantum ad relaxacionem que fit per contricionem. Citius enim et efficacius conteritur pauper quam dives aliis paribus et per contricionem efficacius dimittitur pena peccati quam per ellemosinarum largicionem. Si autem obicitur voluntas pro facto reputabitur intelligendum est quia cum ad vitam eternam meritum non quantum ad relaxacionem pene. Nec valet hec argumentacio velle mereri est mereri velle finire … est finire … Ergo satisfacere

est satisfacere. Quia ad hoc quod aliquod opus sit meritorium vel deffunctis sufficit quod sit ex caritate. sed ad hoc quod sit satisfactorium exigitur quod sit ex caritate et quod sit penalle. Et quia voluntas satisfaciendi non est penalis non est satisfactoria.

Porro in relaxacionibus peccatorum oblitorum et votorum fractorum cum iusta extimacione non possit fieri de hiis sic intelligendum quod dimittitur vel in parte vel in toto. De cruce signatis dicimus quod non est necesse quod assumpta cruce statim evolent si decedant. Sed illa relaxacio intelligitur pluribus frequenter enim illi qui acceperunt crucem parati sunt mori pro Christo. Et in hoc proposito augmentatur eorum caritas et per hoc contricio. Sic quod dimittitur eis pena. Sicut dicitur de magdalena quia dilexit multum flevit multum. Et quia flevit multum dimissa sunt ei peccata multa. Ad illud ergo quod dominus papa habet plenitudine potestatis dicimus quod habet ut faciat cruce signatos participes omnium suffragiorum ecclesie. sed non illum qui est debitor pene faciat evolare sine solucione pene immo necesse est quod faciat dignos fructus penitencie. Sic et non potest facere quod usurarius cruce signatus restituat quod habet de usura ad hoc quod peregrinacio eius sit ei utilis. De remissionibus autem quas faciunt episcopi idem dico quantum ad subditos eorundem. Quo ad alios non valebit tamquam simplex ellemosina et non plus nisi quibus ut prodesse possent per iudices specialiter concesserunt. Nunquid ergo potest penitens post collacionem talis ellemosine cessare ab execucione satisfactionis sibi ab ecclesia imposite. Non credo tamen quia non est certus utrum sit adhuc tota illa pena remissa. cum quia saltem ex honestate debet per eum … et alia bona opera satisfacere ecclesie quam lesit scandalizando eam si fuit peccatum manifestum vel si fuit occultum subtrahendo se per peccatum …

cum propter peccatum se reddidit inutilem. Quid si omnes clerici qui suffragantur pro isto offerente sint in mortali numquid valebunt ista suffragia eorum non videtur quia peccatores deus non exaudit. Sed dicendum est quod valent. Quia tria dicuntur esse in ecclesia que semper invariabilem retinent efficaciam. scilicet virtus verborum virtus sacramentorum et desiderium ecclesie. Nam non ~~valeret~~ si tota ecclesia militans esset in mortali tamen ista valeret hiis pro quibus fieret. Utrum autem sacerdotes possunt facere possunt fieri commutationes ieiuniorum et satisfactionis ad petitionem ipsorum penitentium. Credo breviter quod sic dummodo tamen discrete et propter causam et circa subditos suos. Non tamen extendo ad vota in quibus strictius proceditur.

Quidam autem dicunt peccata dimissa per recidivum simpliciter redire et quo ad reatum et quo ad penam et quo ad omnia. Isti muniunt se testimonio evangelii. Serve nequam omne debitum etc. Alii dicunt quod non sed solum dicuntur dimissa redire et imputari quia propter ingratitudinem ita reus et peccator constituitur ut antea fuerat. Isti inducunt pro se illud Naum. i. Non iudicabit bis deus in idipsum. Tercii dicunt quod non redeunt Sed cum committimus peccata eiusdem generis dicuntur redire quadam similitudine sicut flores redeunt in vere. Quarti dicunt quod redeunt in quattuor casibus tantum. Unus est propter fraternum odium ut in evangelio Serve nequam etc. Secundus propter crimen apostasie vel heresis. Tercius propter primam penitentiam. Quartus si contempnat aliquis primam penitentiam in instanti adimplere. Due prime opiniones sunt magis solempnes. Sed numquid peccatum semel confessum tenetur quis iterum confiteri. Dicas quod non regulariter. Solummodo tamen excipe quattuor casus. Unus cum sacerdos simplex cui est confessus est impeditus quia tunc debet cum illius licencia iterum confiteri superiori. Alius propter contemptum satisfactionis. Tercius cum pro enormitate delicti sacerdos inferior criminis remittit eum ad superiorem quia tunc crimine sibi exposito penitenciam ei imponit. Quartus si quis confessus est et non proponebat abstinere a peccato vel confessus est de uno peccato et non de alio. Ab infirmis in periculo mortis positis prima est confessio peccatorum requirenda non tamen illis imponenda est quantitas penitentie sed innotescenda et amicorum orationibus et ellemosinarum studiis pondus penitentie sublevandum si forte migraverint. Nam ut dicit Gregorius anime defunctorum quattuor modis solvuntur aut absolutionibus ~~defunctorum~~ sacerdotum aut precibus sanctorum aut carorum ellemosinis aut ieiuniis cognatorum. Venialia delentur sex modis. scilicet per dignam eucharistie sumptionem per aque benedicte aspersionem per ellemosinarum largitionem per orationem dominicam. Item per generalem confessionem que fit cotidie in ecclesia ubi non solum venialia sed et mortalia oblita credendum est deleri. Item per episcopalem benedictionem vel sacerdotalem. Sed hoc intelligo de eo qui facit vel accipit ista vel eorum aliqua cum devotione. Item videtur quod per quodlibet bonum opus deleantur.

Unctionis extreme sacramentum ab apostolis institutum legitur. Dicit enim Iacobus. Infirmatur quis in vobis. In quo ostenditur duplex causa huius sacramenti instituti. scilicet ad peccatorum remissionem et ad corporalis infirmitatis alleviationem. Si tamen expedit vel in utroque alleviamentum. Et sicut in aliis sacramentis ita et in isto aliud est sacramentum aliud res sacramenti. Sacramentum est ipsa exterior unctio. Res sacramenti unctio interior que peccatorum remissione et virtutum amplificatione perficitur. Et si ex contemptu vel negligentia hoc sacramentum omittitur periculosum est et dampnabile. Materia autem extreme unctionis est oleum ab episcopo consecratum quod dicitur oleum infirmorum. In isto sacramento non imprimitur caracter quia est ad complementum penitentie que non habet caracterem. Et ille multe unctiones cum infirmo confirmando sint unum sunt unum sacramentum sicut forma panis et vini. Primus autem effectus huius sacramenti est remissio peccatorum

crudelissimis suppliciis afflictus circa annum
domini cccc. iussus est decollari. Cum in terra ferijs
expositus remansisset ipsa nocte apparuit apud
angelus domini cuidam rustico christiano eiusdem ville
dicens. surge et in tuis curriculo quos habes bobus
accipe corpus fratris mei peregrini quod illic iacet
et apud antisiodorum unde ipsius fuit defunctum defer.
Cum autem ille uiam se nescire dixisset. Vade
inquid et ego conducam te. Sic fecit et mutuo di
sic a media nocte usque ad auroram ambulauit
quasi summo mane. Quam summo itineris agentibus obuiam
querebat si bene antisiodorum pergeret et illi
mirantes dixerunt quod antisiodorum relinquens
iam ad sanctum dionisium prope parisius peruenisset.
adhuc ille uehiculum ad mirum pressit diuinam
expectans uoluntatem. eadem hora uox
in dormitorio monachorum sancti dionisii in
somnum dicens. Surgite et occurrite sancto meo
peregrino antisiodorensi episcopo qui uenit. Et statim
sponte concrepantibus signis cuncti monachi
excitati occurrentes sancto peregrino cum solempnitate
exceperunt et audito rei euentu ipsum in capsa
argentea posuerunt.

Porro sanctus sixtus papa apud athenas
natus et doctus. uidens quod decius cesar
eum comprehendi iussisset. Quoniam cum decio et
fortunam eos ne tortores metueret ipsorum presentie
itaque decio cum agapito et felicissimo diaconibus
cumque decius nullis blanditijs mouere potuisset
ductus est ad templum ut aut sacrificaret
marti aut reciperetur in carcere mamortino. cui
dicens sanctus laurencius qui receptus erat in
carcere sanctus sixtus pergens ad eum dixit ei quo
progrederis sine filio pater. quo sacerdos sine
ministro properas. cui beatus sixtus dixit. non ego
te desero fili sed maiora tibi debentur certamina
Nos quasi senes leuioris pugne cursum
recipimus. te qui iuuenem manet gloriosior
de tyranno triumphus. post triduum me sequeris
sacerdotem leuita. interim ergo accipe
thesauros ecclesie ex quibus tibi uidetur diuide.
tunc beatus laurencius accipiens thesauros
cepit per regionem querere ubi christiani latent

et uiduam pro ut necesse opus erat ministrabat
venit ad domum cuiusdam uidue que in domo
sua multos suos et plurimos christianos celabat
que rogauit eum ut manum suam super caput
eius poneret. quia multis iam diebus capitis
infirmitate languebat. quod cum beatus laurencius
fecisset illa sanata est. eadem nocte per
pergens inde uenit in domum cuiusdam christiani
et ibidem quendam cecum signo crucis illuminauit
beatus uero sixtus cum duceretur ad decium et dictis
eius minime consentiret valerianus prefectus
decreuit. ut sacrificaturus ad templum
martis duceretur aut si nollet ibidem capite
puniretur. tunc beatus laurencius cepit post
eum clamare dicens noli me derelinquere
pater quia thesauros tuos iam expendi. tunc
milites audientes thesauros tenuerunt beatum
laurencium. sixtum uero cum agapito et felicissimo
ibidem decollauerunt viij idus augusti.

Post passionem sancti sixti tentus est
beatus laurencius et decio presentatus
traditusque est valeriano prefecto ut ab eo the
sauros ecclesie dilligenter exquireret
et si nollet sacrificare diuersis eum tormentis
occideret. valerianus autem tradidit eum ypolito
carcerario erat autem in carcere gentilis quidam
qui plorando oculos suos fuerat cui cum
laurencius promisisset. quod uideret si baptizatus
in christum crederet. credente baptizauit et
dixit ei omnia in confessione lauat. videns
autem ypolitus quod non solum ille uideret. sed
et multis alijs sanctus beatus laurencius insuper
restauret ait ille. ostende michi thesauros dixit
ei laurencius. O ypolite si credideris
in christum et thesauros tibi ostendo et uitam eternam
promitto. cui ypolitus si ea quid dictis
facta compenses faciam quod ortaris. et statim
baptizatus ypolitus ait vidi animas
innocentum letas gaudere. et protinus bapti
zata est tota familia eius. post hec man
dauit valerianus ypolito ut laurencium
adduceret qui sponte ueniens cum astaret
et valerianus thesauros exquireret peruer

et viduas inveniens ut eas ostenderet et abiens
collegit pauperes et adduxit ad palacium dicens
Ecce thesauri eterni qui numquam deficiunt. Cum ergo
indignatus deos blasfemaret iratus Decius
iussit eum scorpionibus cedi et iam eum omne
genus tormentorum afferri. Quem cum sacrificare
iuberet ut tormenta evaderet respondit. Infelix
has epulas semper desideravi. Decius dixit. Si quod
in hoc dicis dic nobis ubi tui similes sunt
absconsi ut simul epulemini. Respondit Laurencius
Non es dignus presentari eorum aspectibus. Tunc
Decius iussit eum plumbatis durissime cedi.
Et oravit Laurencius dicens. Domine accipe
spiritum meum. Statimque vox venit ipso Decio au
diente adhuc multa tibi debentur certamina.
Tunc Decius furore plenus dixit. Viri romani
audistis demones sacrilegum confortantes qui
deos respuit et principes et tormenta contempnit
extendite eum et cum scorpionibus cedentes af
fligite. Tunc unus ex militibus nomine Romanus
credidit in Christum et clamavit ad beatum Laurencium
dicens. Video ante te iuvenem pulcerrimum
stantem cum linteo et extergentem membra tua.
Unde adiuro te per deum qui misit tibi angelum
suum ne me derelinquas. Tunc iratus Decius
iussit ut deponeretur. Laurencius dicens puto
iam quod per artem magicam victi sumus et
iussit eum recipi in palacio. Et tunc venit
ad eum Romanus et baptizatus est ab eo. Quod
audiens Decius iussit eum exuberi cum fu
stibus. At ille veniens inductus in presencia
clamare cepit dicens Christianus sum et
statim iussu Decii decollatus est. Eadem nocte
adductus est beatus Laurencius ad Decium
et Valerianum. Tunc Decius Sacrifica diis sin
autem nox ista in te expendetur suppliciis
beatus Laurencius dixit mea nox obscurum
non habet sed omnia in luce clarescunt. Tunc iussit
ut os beati Laurencii cum lapide cederetur.
Tandem ministri eum iussu Decii exutum
super cratem ferream extenderunt et prunis
suppositis eum cum furcis ferreis compresserunt
cumque diu ibi assaret et preces agens vultu

letissimo quasi in dulci umbra sentiens videt
respexit ad imperatorem. Ecce miser assasti unam
partem gira aliam et manduca quia iam video
quod diu desideravi. Et sic gracias agens emisit
spiritum. Tunc Decius et Valerianus confusi relicto
Laurencio super craticulam perrexerunt ad palacium.
Et facto mane Ypolitus et Iustinus presbiter ra
pientes eum cum lintheis et aromatibus condiderunt.

Fuit in India rex magnus quidam nomine
Avennir dives et potens et in bellis strenuus
omnibus que mundialibus successibus gloriosus
secundum non animam multis erroribus suffocatus
et idolorum cultui deditus. Cum que in multis deliciis
viveret unum erat stimulus mali quod eius
leticiam minuebat et cor eius affligebat nam
filios habere non poterat. Genus autem christianorum
et monachorum multitudines in terra illa angelicam
vitam ducentes in gracia dei ~~proficientes~~ proficiebant
regis cultum vilipendentes et prorsus minas
eius non formidantes. Multi quoque pro Christo
mortem subibant eternam beatitudinem deside
rantes. Unde et sine timore Christum predicabant
nichil aliud nisi Christum in ore habebant. Multi
quoque doctrinam suscipiebant adeo ut quidam
nobilium ac senatorum omnia relinquentes mo
nachi fierent. Rex autem ut hoc audivit furore
succensus edictum illico posuit omnem christianum
coartari ut negaret fidem Christi. Novas contra
eos species tormentorum excogitans novosque moriendi
modos eis minas. Tunc alii tormenta timentes
execrabili precepto obediebant. Alii palam
et in facie regis impietatem redarguentes
per martirium vitam finiebant. Alii se in solitudinibus
et montibus abscondebant.

Tunc quidam regis archisatrapa qui magni
tudine et forma et animi constancia ab omnibus
aliis differebat videns impietatem et malefacta
huius nunc gloriam monachorum proposito se
coniunxit ac monasterium deserta petens ibi in
ieiuniis et vigiliis et divinis meditacionibus
intentus fuit. Quod ut audivit rex de amico

perdito doluit quod monachos autem amplius ira
exarsit misitque nuntios qui eos ubique
quesierunt donec in desertis invenientes comprehendentes
tribunali regis exhibuerunt. Quem rex in paupere
et asperrimo ~~vesti~~ vestitu videns duce monacho
rerum consolatione maximi tristitia repletus
ait. O stulte te et miserrime perdite cur honorem
tuum in ignominiam commutasti et ludum puerorum
te constituisti. meque amicitie et fiducie oblitus
et nuptiarum filiorum mysteriis contra ipsam naturam
insurrexisti ut quod his fecisti et omnibus diis
hominem judicatur vilius perdidisti. Hec audiens
homo dei ylariter respondit. O rex si rationem
ante audire vis inimicos tuos eice de medio
sermonum et tunc respondebo tibi. Illis namque presentibus
nullus a me sermo reddetur tibi. propter rationem
iusto torque occidendo et fac quod vis. Michi enim mundus
crucifixus est et ego mundo. Rege autem dicente
qui sunt inimici tui quos de medio pellere
iubes. Ait ille: scis. Ira et concupiscentia. Nam
concupiscentia in nobis operatur voluptatem
iracundia vero vitam destruit. Abscedant igitur ista
et assideant ad iudicium dicendorum atque audiendorum
equitas et prudentia. Cui rex: ecce eius petitioni
annuetur. Ad ille: gratias ago deo per ihesum xpistum
qui eruit me de lacu miserie et de luto fecis
et condidit in viam dispendiosam et facilem per quam
in hoc fragili corpore possum angelicam ducere
conversationem. presentium contemptio vanitate
cum enim omnium principale bonum a nobis ami-
putare contendis a pietate et deum deserere quod
dampnis omnibus est preferendum. Quid
tibi in hoc commisimus pessimi et non magis
ecclesie amicitiam et honorem et filiorum affectum et
si quid aliud erat negabimus. Videmus enim te
ingratum esse deo qui tibi esse et respirare
prebuit qui celos et terram stabilivit hominem
quoque formavit et in mortalitate donavit ac
rectorem ceterorum que visa sunt eum constituit ipsumque
a diabolo voluptate deceptum et omnibus hiis
bonis privatum morte eterna sive redimens
pristina libertate restituit. Tu autem cum eius
servus sis et in eius cruce offendis totus de-
liciis corporalibus deditus et terminandis
sordidis passionibus et idolorum errore polluis.
Scito igitur quia non ad inquisitionem tibi neque
meum benefactorem et salvatorem negabo etiam
si bestiis me devorandum pareas ut gladio
ignique tradas quod nunc est tue potestatis. Non
enim mortem timeo nec amo presentia quorum
letitie et exultationi omnis copulatur dolor
et tristitia. Hiis auditis rex ait undique
miser per dicionem meditatus ad hanc ut
[illegible] eos forinsecus perduxisti. Coegisti enim
nunc elinguam tuam ut hanc effunderes
stultam et vanam fabulationem. Sed in principio
sermonis promiseram tibi quod de medio consilio
iram removere, nunc autem per eam penas carnes
tuas tradere. Quoniam non accepimus me talibus
invenisti sermonibus sufferens tuam
feritatem et quod propter [illegible] nunc ea erga
te iracundiam. Surge ergo et fuge ex oculis
meis ultra ne videam te et male te perdam. Tunc
egressus vir dei secessit in desertum contristatus
quidem quod martirium non sustinuit. Martirium
tamen cottidie in conscientia tolerabat, pugnans
adversus principes et potestates adversus
mundi rectores tenebrarum harum. Tunc
amplius rex iratus persecutionem omnem
[illegible] per monachos incitavit et
ampliori honore cultores ydolorum veneratus
[illegible]

In hoc nascitur ei filius pulcerrimus
in omnibus ortu [illegible] valde Josaphat
nominatur ac [illegible] in molatuus [illegible]
redditurus ydolorum templa stultus
[illegible] ad prima natalicia multitudines
populorum undique congregari fecit afferens
[illegible] sacrificio erat idonea sicut cuique
possibile [illegible] erat regalem dignitatem
decebat. Tunc convenerunt ad regem quin-
que astrologi quos accersitos ad se
rex educi singulos cogebat quid futurus
esset puer [illegible] sibi [illegible]
plurima presentantes dicebant illum.

in ipsum esse futurum iudicaverunt et in potencia et
super processurum omnes qui ante fuerunt reges
unus autem de istis astrologis excellencior ceteris ait
sicut ex hiis qui me docuerunt astrorum cursus
valeo coniecturare. O rex puer iste perfectus qui
nunc natus est tibi non in tuo erit regno
sed in alio meliori et incomparabiliter eminenciori
ut estimo non illud quia quam persequeris christianorum
religionem fore suscepturum nec puto quod
sua spe non fraudetur. Hoc dixit sicut olim
balaam astrologia non vera pronunciacione
Sed deo per adversarios ea que sunt veritatis signi
ficante ut omnem ipsis excusacionem adimeret
hiis audiens rex penitus ferens nuncia
cionem hanc tristicia illi et cura in tedio
iocunditate itaque seorsum palacium edi
ficavit speciosissimum et in eo camaras splendi
das artificiose atque opere construxit ibique
puerum posuit ad habitandum postquam
infancie complevit etatem et inaccessibilem
omnibus fore precepit pedagogos et mini
stros illi constituit iuvenes etate et aspectu
pulcherrimos precepit illis ut nichil horum
que in hac vita tristiciam generant mani
festum illi facerent non mortem nec senec
tutem nec infirmitatem nec paupertatem
nec aliquid aliud quod eum contristaret vel
leticiam ei minuere posset sed omnia iocunda
et delectabilia proponerent quatinus hiis mens
illius iocunditatibus et delectacionibus nichil omnino
de futuris cogitare posset. Precepit ut nec
modicum verbum de christo et de eius dogmatibus
penitus audiret et hoc tamen maxime omnibus
occultare ei cupiebat astrologi metuens
pronunciacionem. Si quem vero ministrancium
infirmari contigisset hunc mox inde eiectum
illum non per ipso floridum et sanum dabant ut
nichil omnino fedum et enorme oculi viderent
illius pueri. Precones itaque per universas
regiones propter hoc discurrere clamantes ut
nullus omnino per tres dies horum monachorum
inveniretur. Si vero aliquis post tres dies
inveniretur per ignem et gladium perderetur.

In terra vero quidam inter primos illius
regni precellebat primus fide et salutis sue
sollicitus sed propter timorem regis latebat. Cumque
aliquando cum rege ad venacionem egressus
esset. Singulariter ambulans invenit hominem
in loco quodam nemoroso in terra proiectum et
male habentem pedem a bestia contritum qui
videns eum preterire rogabat ut ne preteriret
illum sed misereretur eius in tam magno
eventu et in suam domum deferret. Adiciens
quod non inutilis tibi omnino efficiar in
venturum sum ego inquid ego. Ego enim medicus
sum verborum. Si enim aliquando in verbis aut in
colloquiis ledatur aliquis aut in tribulacione
inveniatur congruis medelis ista curabo
ut non amplius morbus succrescat. Igitur re
ligiosus ille vir quod dictum fuerat pro nichilo
reputavit. Illum vero propter mandatum dei
adducere in domum suam fecit et competentem
curam ei adhibuit. Alii vero invidia homines
et malicia detrahentes adeunt regem quia
non tantum illius amiciciam obliviscens negavit
deorum cultum et ad christianorum fidem declinavit
sed et mala meditatur adversus ipsius regnum
et turbam populi atque sollicitans et sibimet
ipsi cunctos concilians. Si vis inquiunt certus
fieri nichil horum. Fictum dicere vocato eum seorsum
et dic temptando te velle delinquere patriam sectam
et gloriam regni christianum fieri et monachum
sumere habitum quem tandiu persecutus es. Rex
autem certa se arguere iniuria non ignorans
derogacionem falsam esse putavit rem tamen
examinare voluit. Unde advocans eum seorsum
ait ei temptans. Nosti omnia quanta mala
omnino monachis et omnibus christianis intuli
nunc penitencia ductus super hiis et despiciens presencia
spe illius immortalis regni quod predicant ad
aliam futuram vitam incipio pertingere nam
presens morte utique amputabitur. Nec hoc
aliter hoc consequi puto nisi christianus fiam et
regno meo abrenuncians et ceteris delectacionibus
et iocunditatibus huius vite heremitas et
monachos requiram ubicumque sint quos
iniuste persecutus sum illisque me adiungam.

Ille uero ut hec audiuit dolum non intelligens
compunctus animo et lacrimis perfusus simpliciter respondit
Rex meditare nunc de salute enim bonum et salutare
recepisti. quamuis enim difficile est ad inueniendum
regnum celorum attamen omni uirtute est querendum
Nam qui querit inuenit illud. Dilectio uero
presentium et si ipsum uita iocunda sit et dellectet
tamen bonum est illam abicere. Nam in ipso suo esse non
est quod letificat semper sed semper contrarius constat
Nam dulcedo quidem horum temporalis dolores
non preueniens. christianorum autem labor temporalis
est. dulcedo uero et suauitas eterna dirigitur. ergo
regis bona uoluntas bonum non et minus bonum
corruptibilia eternis commutare. Rex autem uerba
audiuit ista ualde contristatus est continuit tamen
iram.

Ille autem autem cum cognouit regem grauiter
uerba sua concepisse et quod in dolo tempta-
uerat cum reuersus ad domum suam tribulabatur
atque gemebat hesitans qualiter modo deberet
regem euaderet imminens sibi periculum insom-
nem itaque totam noctem duxisset in memoria
uenit ei homo qui pede lesum habuerat
cum ad se adducto ait recordor quia dixis-
te uerborum medicum esse ac peritissimum esse malorum
rationum narrauit ei quia ab inimico apud
regem inimicicia opprimebatur et populo autem
propositum sibi ab ipso rege fraudulentum co-
lloquium. hic audiens pauper ille debilibus
ait. Surge ergo et tonde comam et exue
te uestimenta ista splendida cilicium indue
sumptoque diluculo accede ad regem. illo uero
interrogante. Quid sibi uult habitus iste
respondebis propter ea que externa die locutus
es. o rex ecce ego ad sequi paratus sequor te
per uiam quam desideras ambulare. Nam
et si delicie sint amabiles atque iocunde
non contingat ut hijs post te perfruar metuens
cum uiam quam iturus es et si difficilis et est
et aspera tamen tecum existenti facilis erit
et plana et amabilis. sicut socium me ha-
buisti presentium bonorum et sic et tristium habebis
ut et futurorum sim particeps tecum bonorum. No-
bilis igitur uir ille in firmi uerba suscipiens
fecit iuxta quod ei locutus est. Que uidens rex
et audiens supradicta uehementer obstipuit et congaudens
uiri uerum intellexit amiciciam falsaque que
in illum ~~dixerunt~~ dicta fuerant respondens
ampliore honore maiori fiducia penes
se sublimauit illum.

Iterum rex egressus ad uenandum uidit
duos monachos per heremum gradientes quos
ad se adduci fecit eosque furibunde respiciens
ait non audistis errones et seductores precones
meos clamantes ut nullus uestre superstitionis
in hac regione post tres dies inueniretur
alioquin igne cremaretur. Qui dixerunt
ecce ut iussisti egredimur de tuis regionibus
sed longum iter nobis imminet uia pergendi ad
fratres nostros necesse habuimus cibum emere
ne fame deficeremus. Rex autem ait mortis
minas metuens escarum in cemonys non
adhibet studium. Responderunt illi que qui sunt
illi qui mortem timent nisi qui nullum
bonum in futuro sperantes presentibus
radicatus inherent. Nos autem qui mundum
contempsimus propter christum non mortem timemus
nec presentia dellexerimus sed futura desideramus
Tunc rex eos incendio comprehendere
uolens ait si mortem non timentes cur
fugam arripuistis at illi non mortem ate
minatam timentes fugimus sed tu misereris
et ne in uoris tibi causam dampnacionis
efficiamus discedere cogitauimus ad
adhiratus rex iussit eos igne cremari
et sic per ignem adepti sunt coronam martirii

Illius autem regis in parato sibi palacio
in excessibilis existens ad etatem puerat
adolescentie omni ethiopum et persarum
imbutus ~~dist~~ disciplina. Questiones quoque
naturales doctoribus suis proponebat ita
ut miraretur de uolocitate ingenii
eius et intellectu et stuperet rex gratiam
uultus eius et nimie constancia pensabat
uero in semetipso cur eum fore inaccessibilem
pater eius adiudicauerat et cur ad eum cuique
uolenti ingredi non permittebat interrogare.

tu veretur inde fare eum. Sed unum
expedire putans amabiliorem ei statum inpten
tare intollerans eius se pater sit reddidisse
advertens quia si hoc nerant in secreto
manifestum mihi carus eris pre omnibus pe
dagogus perscrutata cuncta ei enucleatim retulit
i. adversus christianos indicta a rege persecutione
et Barlaam et heremitis et quo fugatus fue
rit et qualia in nativitate eius prenunci
averunt astrologi. Ne ergo in quid eorum
doctrina audiens proponas illam mente secrete
Non multos tecum colloqui voluit sed
nos approbatos et fideles circa te constituit
precipiens nobis ne aliquid triste no
tificarem. Hec ut audivit iuvenis
nichil illud apperuit loqui. Tetigit
ergo deus illius sermo salutaris et paulatim
aperiri intellectuales eius oculos aperire
cepit ad ipsum conductiva deum ut patebit
inferius. Frequenter vero pater eius ad vi
dendum eum veniebat. Nam excellenti amore
diligebat eum. Quadam autem die intu
lit ei filius discere a te cupio quid est
o domine rex. Unde te tristicia assidua et so
licitudo animum corrodit ~~rex auctu~~ animam
meam. Quid sibi vult quod infra muros
istos et portas concludens me inaccessibi
lem prorsus et incontemptibilem cunctis
constituisti. Tale pater ait. Noli fili nunc
fili videas aliquid quod possit cor tuum ama
ricare et tibi leticiam impiutare. Inde
hays nempe in operibus et gaudio plenum
et in placitate vivere te per omne seculum
desidero. Cui filius bene scias domine
quod non isto modo non in gaudio et leticia
vivo sed in tribulatione potius et an
gustia multa intus quod et ipse cibus et
potus insipidus mihi apparet. Videre cuncta
desidero que extra portas istas sunt omnia
si ergo vis me doloribus deficere iube
quo volo procedere ut animo quidem de
lectari contemplacione rerum quas
hactenus non vidi. Cum contristatus est autem
rex propter talia perpendebat enim au...

si denegaret ei quod petebat amplioris ei tristicie
et sollicitudinis auctor existeret. Tunc ait illi Ego
desiderio tuo satisfaciam.

Electos igitur equos adduci continuo et obsequium
regale et ydoneum precedere eum imperans quicquid
vellet precepit. Diligenter precipiens ministris
eius ut nichil fedum in occursum eius venire
satageret. sed omne bonum et iocundum sibi de
monstrari chorosque plaudentes in canticis
et omni genere musicorum eum antecedere et varia
delectationis spectacula faceret ut hiis
mens eius vacaret et iocundaretur. Igitur sic
frequentius processiones regis filius. vidit
die quadam inclam ministris duos viros quorum
unus leprosus alter cecus erat quos videns
contristatus est animo et dixit hiis qui secum
erant. Qui sunt isti et qualis eorum aspectus
fedus. Illi non valentes quod videbat
occultare passiones iste sunt humane
que ex materia corrupta et corporis mala
complexione hominibus solent accidere. Et ait
adolescens numquid ista omnibus hominibus
solent accidere. dixit illi non omnibus sed quibus
subvertitur sanitas ex humorum malorum habundantia.
Rursus ergo interrogavit puer. Ergo noti
sunt quos respiciunt ista mala aut in
diffinite et improvise superveniunt. At illi et quis
et quis hominum cognoscere futura quivit previderi
potest. Hec enim naturam superexcedunt humana
solisque diis hereditarium est inmortalibus.
Et cessavit puer inde fare super hoc ergo quod
viderat valde et immutatus est species vultus
eius propter inconsuetudinem rei. Post multos vero
dies rursus egrediens cepit senem inveterati
dierum multorum rugatam habentem faciem disso
lutis brachiis et deorsum inclinatum et toto
capite canos carentem dentibus et balbuciendo
loquentem. Stupefactus igitur assumit eum
et propius adducens in hoc fari visionis miraculum
presentes autem dixerunt. Iste iam existit plurimorum
annorum paulatimque in minuta sibi virtute
et egrotantibus membris ad hanc quam cernis
pervenit miseriam. Et quis est inquid huius finis
Responderunt ei suscipient et ille immotus ne

omnibus hominibus istud in aliquibus tem-
poribus? Responderunt quod mors communis hic homini
transferat. Impossibile enim est succedendi;
annis non venire ad istius status experientiam.
At ille: Post quot annos superveniet aliquem?
et si penitus mors imminet vel non ars hanc
evadendi? Qui: Et hanc pervenit in istiam
dicunt enim: Post octoginta quidem vel centum
annis ad hanc senectutem pervenerunt homines
deinde moriuntur nec aliter fieri potest. In-
gemiscens puer de profundo corde ait: Amara
est vita ista et omni dolore et amaritudine plena
si hec ita se habent. Quomodo securus esse potest aliquis
mortem incertam prestolando cui advenit non
tantum inevitabilis sed et motus sicut dictus et
aliter infra se ista sciens et incessanter cogi-
tans et frequenter hanc memoriam. Et ob hoc in
doloribus et deffectionibus continuam habebat
tristiciam. Dicebat enim in semetipso: Ergo ne
(illum) me mors aliquando apprehendat et quis erit memoria
mei faciens post mortem tempore oblivionem omnia
tradente. Et si moriens in nichilum dissoluar
aut est aliqua alia vita aliusque mundus?
Et hec et hiis similia cogitans pallidus tabe-
scebat. Coram patre tamen cum ad eum veniebat
hylaritatem fingebat et leticiam. Desiderabat
autem et exquirebat aliquem qui posset certificare
cor eius et sermonem bonum eius infundere.
Cumque super hec pedagogum profatum consuleret,
iterum si talem cognosceret. Ille respondit dicens
tibi iam quod pater tuus sapientes heremi-
tales semper persecutus de talibus alios interemit
alios persecutus est. Et ideo cognosco non tale
quemquam in hac regione remansisse. Ille
autem super hiis tristatus assimilabatur viro
qui magnum thesaurum amisit et ad eius
inquisitionem totam mentem convertit.

Fuit ergo quidam monachus divina
sapiens vita et sermone ornatus qui in de-
serto terre Sennaar cellam sibi fecerat et
huic Barlaam nomen erat. Hic ergo re-
velacione divinitus sibi facta cognovit
ea que circa regis filium agebantur qui ex

Issus

ad heremo ad seculum descendit et mutato
habitu suo vestimentis secularibus indutus
ascendit navem pertransiens et negociatorem
se esse simulans applicuit ad civitatem in qua
regis filius palacium habebat. Ibique diu
commoratus inquirebat diligenter de eo
et de sibi ministrantibus. Ut autem didicit supradictum
pedagogum ceteris ei familiariorem esse accedens
ad eum seorsum ait illi: Cognoscere te volo
te domine mi quia ego negociator sum et
de remota regione valde huc veni et
est mihi lapis preciosus cui similis aliquem
inveniri non possit. Rogo ut me introducas
ad filium regis et tradam illum ei. Valet quippe
cecis corde lumen conferre sapientiam surdorum
aures aperire mutis vocem reddere et sanitatem
infirmantibus exhibere stultos sapientes dare
demones effugare et totum quod bonum est et
amabile largiter se possidenti tribuere. Dixit
ad eum pedagogus: Lampades eximios et
preciosas margaritas nimie evaluare possum
tibi, quot vidi. Habentes non tales
virtutes quales dixisti neque vidi neque
audivi. Tamen ostende mihi ipsum, et si est sicut dicis
tum et mox inferam hunc ad regis filium
et honores quam maximos et munera suscipies
a beo. Barlaam vero ait: Lapis iste preciosus
est probatis operibus et virtutibus et adhuc
et istam habet virtutem. Non valet cum conspicari
fortuito qui sanam non habet oculorum visionem
et integrum castum et corpus et nullo modo
inquinatum. Si enim aliquis ista duo non
bona habet temerarie respiciat lapidem preciosum
istum et istam quam habet visibilem virtutem
et mentem perdet. Considero autem oculos
tuos non sanos esse et vereor quod visum
quem habes amitteres et ego tibi tanti
mali existerem auctor. Filium autem
regis vitam audivi ducere pudicam
et oculos pulcerrimos et clarissimos et clare
videntes habere. Quare appropinqua illi thesaurum
istum ostende quia fisus sum. Tu ergo non
negligenter id hoc disponas neque te tali
divino tuum privetur. Ille autem dixit: Si sic

ista sic habent, noli in lapidem offendere. In peccatis multis vita mea sorduit, neque visum meum corruptum sicut dixisti habeo. Et ingressus diligenter omnia filio regis nuntiavit. Ille autem ut hec audivit, leticia quadam spirituali sensit cor suum aspiratum et anima illius divinitus illustrata est. Iussit itaque statim introduci virum. Qui introiens salutavit eum. Tunc precepit eum sedere et pedagogum absedere. Quo recedente dixit Iosaphat seni: Unde mihi lapidem de quo quidam magnifica te dixisse mihi enarravit pedagogus. Ad quem Barlaam: Nisi prius experimentum tue capiam prudentie, agendum est tibi hoc misterium revelare. Ait enim dominus meus: Exiit qui seminat seminare semen suum, et dum seminat alia ceciderunt quidem secus viam et venerunt volucres et comederunt illa etc. Si ergo terram invenero in te ~~fertilem~~ fructiferam et bonam, non tardabo illic divinum ibi semen seminare et magnum tibi misterium revelare. Dixitque ad eum Iosaphat: Ego quidem venerande senex desiderio quodam amore incomprehensibili quero sermonem audire novum et bonum, quia in tristiciis ac corde meo exardescat ferventer urgens me et excitans ad discendas quasdam necessarias questiones. Non enim hactenus hominem reperi qui de hiis poterit me instruere. Si enim invenero sapientem aliquem et audiero, abeo verbum salutis nequaquam volucribus prout extimo sive bestiis dabo. Neque petrosa neque spinosa terra appellabor, sed gratanter accipiam et sapienter servabo. Tu vero si quid tale nosti non abscondas a me sed indica mihi. Nam quia audivi te de terra longinqua venisse, sensit anima mea et bone spei factus sum quia per te quod iam diu desideram assequar, et idcirco mox introduci feci te ad me, libenterque suscepi quasi aliquem de familiaribus et coetaneis meis, si tamen non de spe mea fallar.

Tunc Barlaam ait: Bene fecisti dignumque regali magnificentie, quia non apparentibus sed reconditis fidus es spei. Nam quidam rex fuit magnus et gloriosus, et factum est procedente illo in curru deaurato cum regali obsequio obviasse illi duos viros attritis et sordidis indutos vestibus, attenuatis macie et pallidas habentes facies. Ut ergo rex vidit illos, desiliens confestim de curru in terram procidens adoravit et surgens amplexatus est eos et affectuose osculatus. Magnates vero illius ac proceres de hoc indignati sunt, arbitrantes eum fecisse indigna regali gloria. Non tamen ausi in faciem illum reprehendere, germano fratri eius suggesserunt ut ei loqueretur ne excellentie diadematis tantam inferret contumeliam. Qui cum fratri ista diceret et eius humiliationem reprehenderet, ei rex responsum dedit quod frater ille non intellexit. Consuetudo autem erat illi regi quod quando sententiam mortis in aliquem dictabat, preconem suum ad ianuam illius cum tuba huic officio deputata mittere, cuius voce cognoscebant omnes mortis reum illum esse. Vespere igitur veniente misit rex buccinam mortis tubicinare ad ianuam fratris sui. Quam cum audisset ille, de salute desperans tota nocte sua disposuit et summo diluculo nigris ac lugubribus indutus vestibus cum uxore et filiis perrexit ad fores palacii flens et lugens. Quem rex ad se ingredi fecit et videns eum lugentem ait: O stulte et insipiens, si tu sic timuisti preconem germani fratris tui, ad quem te nichil deliquisse cognoscis, quomodo mihi reprehensionem intulisti quia in humilitate salutavi et osculatus sum precones dei mei sonorabilius tuba mihi mortem significantes et terribilem domini occursum, cui multa et magna me scio peccasse conscius sum. Ecce denique tuam arguens insipientiam isto usus sum modo. Nunc vero et illorum qui te ad hec subornaverunt reprehensionem stultam arguere curabo. Et ita fratrem instructum domum remisit. Precepit autem fieri de lignis quatuor arcellas, et duas quidem undique auro cooperuit, ossaque mortuorum putrida

mittere in eas areeis obfirmauit seris. Alias
uero duas pice et bitumine linitas repleuit la-
pidibus preciosis et inextimabilibus margaritis
omnibusque unguentorum odoribus. Funiculisque
cilicinis astrinxit. deinde accersiri fecit re-
prehensores suos magnates. et illos coram se
posuit atque eos iussit quatuor archas ut extimarent
quanto quidem iste. Quanto uero ille preciosior sit
digne. Illi itaque de auratis mox prejudica-
uerunt expedit enim inquiunt in ipsis diade-
mata regalia reponi. Que uero illite pice
et bitumine erant uili quod modo et uilis precii dignas
dixerunt. Rex autem dixit ad illos sciebam ego
talia uos dicturos. exterioribus enim oculis
exteriora cernitis. Sed non ita oportet facere
sed interioribus oculis interius recondita expedit
uidere siue honore siue contumelia. Et mox
precepit ut aperirentur archas de auratis ex
quibus refectis dirus fetor exhalauit et fetidissimus
uisus est aspectus. Ait ergo rex. Iste typus
est eorum qui splendidis quidem et gloriosis
induuntur uestimentis et potentia elati sunt. Sed in-
terius mortuis et fetentibus malignisque
operibus referti sunt. deinde piceatas bituminatas
natasque precepit dissolui et aperiri. Cunctosque qui
aderant letificauit eorum qui intus erant splendore
et odore. Tunc ait ad illos scitis quibus
similia sunt ista. humilibus illis quibus uilibus
cooperti erant uestimentis quorum uos exteriore
attendentes habitum contumeliam putastis meam
ante faciem eorum inclinatam ad oronem. Ego uero in-
tellectualibus oculis reuerenciam illorum
et decorem considerans magis glorificatus sum ad contactum
eorum tactu omni corona et regali uniuersa
purpura preciosiores istos extimabam illos
igitur ista consideres docuit ne errarent hiis
que foris apparent sed interiora attenderent
Similiter ita piu ac sapientem regem. Tu
quoque fecisti bona spe suscipiens me. que
te non decipiet sicut ego extimo.

Dixit ad eum Josophat hec omnia habunde
dixisti sed nolo discere quis est deus tuus
quem de semine illo dixisse dixisse asseruisti

Cum barlaam eum inquit dominum meum agnosce
Ipse est unigenitus dei filius rex regum et dominus
dominancium qui inhabitat solus immortalitatem et lucem
habitat inaccessibilem cum patre et spiritu sancto glorificandus
Non enim ego de illis sum qui multos istos deos
inanimatos et surdos colunt. Sed unum cognosco et
confiteor deum in tribus personis glorificandum. patrem
scilicet et filio et spiritu sancto in una natura et gloria et regno
indiuiso qui cuncta uisibilia et inuisibilia fecit
de nichilo. Tunc ut in ordine seriem sacre historie
narrauit ei qualiter deus creauit celum et terram
mundum et qualiter diabolus horem inuida
seduxit ad imaginem dei factum et qualiter crescente
malicia hominum deus induxit super ~~hominem~~
terram diluuium qualiter et post diluuium homines
multiplicati deum obliti sunt et in omnem per suos
errorem dispersi sunt. Alii namque putauerunt
cuncta sponte fieri sua et sine prouidencia regi
Alii putauerunt fortuna totum fato credentes
Alii plures deos coluerunt uiciosos ut ~~habitu~~
haberent eos uiciorum suorum actores quorum et
formas figuratas statuas erexerunt et concludentes
in templis adorauerunt. Abraam uero solus in
illa generacione inuentus est qui sensu et solum
deum per creaturas agnouit. Cum inquit deus familiarem
sibi efficit eiusque multiplicans et populum sibi fa-
miliarem nominat de futuris et tunc iacob per multa
signa et prodigia liberauit. dataque lege per moysen
in terram bona quam habraam promiserat introduxit
multaque magnalia et gloriosa atque prepria
ei ostendit. per que omnia id studium fuit ut ab
omni execrabili ydolorum famulatu et actione
genus hominum abstraheret et ad antiquum statum
reduceret. Sed cum adhuc regnaret in hominibus
mors et tirannide diaboli condempnacione
inferni omnia terrisinentes. Intuli et in fra
constitutos deus qui de nichilo nos creauerat
non despexit. Sed per uoluntate dei unigenitus
in fine consenderit de uirgine natus est et xxx
annos cum hominibus conuersatus multisque
miraculis clarificatus crucem et mortem
passus est ut nos a passionibus liberaret
Tercia uero die resurgens incorruptibilis post
xl dies celos ascendit ubi sedet ad dexteram
patris.

Inde venturus est iudicare vivos et mortuos
et unicuique reddere secundum opera eius. Postquam vero
ascendit spiritum paraclitum super discipulos misit
qui exinde per gratiam illius nomines gentes dispersi
sunt et fidem orthodoxam predicaverunt baptizantes
et mandata salvatoris observare docentes. Non
fecerat hostis antiquus delectum suum bella
inferre quod nos cruciat ~~antiquus~~ suadens stultos
adhuc sequi ydolatriam. Ecce tibi dominum meum
paucis notificavi. Quam perfectius confiteor
si gratiam eius susceperis et fueris illius servus
fidelis. Hiis audiens filius regis surgens
de throno suo cum gaudio amplexatus est bar-
laam et dixit forte iste est lapis ille
~~preciosus~~ preciosissimus quem in misterio continens
non omnibus cernere ~~volunt~~ volentibus ostendens
Sed quibus sani sunt anime et sensus
Ecce enim ut hec verba suscepi lumen dul-
cissimum cor meum ingressum est et illud
grave tristicie velamen quod diu fuit mee
suppositum statim sublatum est. Queret quod
iosaphat de regno celorum et utrum mo-
rientes in nichilum dissolvantur et huiusmodi
similia. Barlaam plenius disserere cepit
de resurrectione futura et de iudicio et de re-
muneratione eterna iustorum et perdicione
reproborum.

Quibus auditis iosaphat vehementer compunctus
totus ex lacrimis perfusus ait. Quid me
oportet facere ut evadam penas peccatorum
et merear gaudio perfrui iustorum. Barlaam
respondit. Ante omnia crede in deum qui vocat
te de morte ad vitam et de tenebris ad lucem
visibilium et invisibilium veram notitiam. Nam
ignorancia dei veraciter mors est et tenebris
et ydolis fuisse in vera omni stoliditate
detentus es. Aiebat enim vir sapientissimus pa-
quidam quia similes sunt ydolorum adoratores
aucupi sagittario qui comprehendit unam avem
minutissimam vocabulo philomenam. Hanc
voluit accipiens. Accipiens vero cultellum
ut occideret eam et comederet. Data est philo-
mene vox articulata et ait ad sagittarium
Quid tibi homo in necis mee profectum est

Non enim de me tuum implere ventrem poteris
Sed si me amicabiliter liberaveris tibi tria
mandata tibi dabo. Que si custodieris ex hiis
magna per totam vitam tuam utilitate consequeris
Ille vero stupefactus illius loquela promisit
si quid novum per eam audiret ipsam a morte eam
liberaret. Conversa illa homini dixit. Nunquam
aliquid coneris apprehendere eorum que adhiberi
non possunt et ne doleas de re perdita quam
recuperare non potes et verbum incredibile
non credas aliquando. Hec tibi custodi et bene tibi
erit. Ille autem miratus audit hec per ipsam aviam verborum
intelligenciam solvens eam per aerea et dimisit liberam
avolare. Illa autem volens probare si recognoverit
virtutem dictorum verborum et lucrum fuit
ceperis utilitate aliqua volitando dixit ad
eum Ve tibi quam malum consilium habuisti hodie
et qualem tesaurum hodie perdidisti. Erat enim
in visceribus meis margarita constructione
omnium sua vincit magnitudine. Quam audiens
ille contristatus est valde penitens quod eam
dimisisset philomenam de manu sua et denuo
temptans illam apprehendere dixit veni in domum
meam et honorem tibi exhibebo et demum hono-
rifice te dimittam. Cui philomena nunc
cognovi certissime te esse fatuum. Supradictis
namque tibi que dicta sunt a me prompte
et libenter audiens nullum ex eis profectum
consecutus es. Dixi enim ne doleres de re
perdita irrecuperabili et ne temptares
incomprehensibilia capere et temptasti me
comprehendere cum non valeas per tuam ~~viam~~
viam meo iniuriam super dixi tibi ne ullum
crederes incredibile. Sed ecce in visceribus
meis credidisti esse margaritam super eiusdem
mensuram vincentis mei et non valuisti ex
~~dare~~ intelligere quia ego tota non possum pertingere
ad magnitudinem omnium strutionis et quo
margaritam talem valeam capere in me.
Sic ergo stulti sunt et illi qui confidunt in
ydolis quia operantur ea manibus suis et ad-
horant que fecerunt digiti eorum dicentes

isti sunt qui plasmaverunt nos. Quomodo ergo plasmatores suos ab ipsis plasmatos et factos existimant, sed conservantes eos in custodia ne a furibus rapiantur custodes vocant sue salutis. Ex hac ergo mala generatione et infideli vocavit te dominus dicens tibi: exi de medio eorum et separa te et immundum ne tetigeris, et salvare de generatione ista. Surge et vade quia non est tibi requies mea. Si ergo credideris et baptizatus fueris salvus eris. Si vero non credideris condempnaberis. Nam ista que cernis hodie in quibus exultas, id est gloria et divitie et delicie et omnis mundi seductio cito transeunt, eicietque te in hinc nolentem et corpus quidem concludetur in imo monumento solum derelictum omniumque destitutum amicorum et cognatorum affectu. Abibunt vero delectiones mundi et in illa feditas et putredo, corruptio pro presenti decore et [illegible] non odore inducetur. Anima vero tua mittetur in condempnationem inferni usque ad ultimam diem resurrectionis, cum rursus anima suo sociato corpore eicietur a facie domini et tradetur gehenne hinc sine fine cruciari. Dixit ad eum Iosaphat: Omnia verba tua bona et admiranda sunt. Que credidisti et credo ex mente quidem ydolorum figmenta ex corde [illegible] et dubius erga [illegible] se habuit animus meus. Nunc vero perfecto odio eadem discernens a te vanitate illorum et [illegible] illorum qui famulantur illis. Desidero autem verus famulus dei fieri, si tamen non repulerit me indignum propter meas iniquitates. Sed cum fide qua dimittantur mihi cuncta peccata mea, cum benignus et misericors est sicut doces. Iam ergo paratus sum baptismum suscipere et omnia quecumque dixeris custodire. Quid vero oporteat me facere postquam baptizatus fuero, et si hoc solum sufficit credere et baptizari an aliqua alia oporteat subsequi manifesta.

Tunc itaque ait Barlaam ad eum: Ab omni quidem peccato oportet te abstinere et edificare super omne fundamentum rationem fidei in virtuti operum, quia fides sine operibus mortua est. Sicut et opera sine fide. Si autem post acceptam veritatis cognitionem iterum rursus mortua apprehendimus opera, ut sicut canis ad vomitum reversi fuerimus, contingeret nobis quod a domino dictum est. Cum enim immundus spiritus exierit ab homine, gratia videlicet baptismatis, ambulabat per loca inaquosa querens requiem et non invenit. Non ferens autem demonis sine domo et sine tecto errare, dicit: Revertar in domum meam unde exivi. Et veniens vacantem reperit, assumit secum vij spiritus nequiores se et ingressi habitant ibi et fiunt novissima illius hominis peiora prioribus. Dixit ad eum Iosaphat: [illegible] ex hac dogmatum subtilitate respondere valeo. Si hanc mundam infusionem post baptisma venio ut denovo transgressione mandatorum istorum violare me contigerit, ab omni mea continui [illegible] et omnis spes mea irrita fiet. Respondit Barlaam: Noli sic ista apprehendere. Nam pro salutatione generis nostri homo factus deus, verbum sciens infirmitatem nature nostre, non in hac parte dimisit nos sine medicina languescere. Sed sicut sapientissimus medicus lubrice voluntati nostre concessit antidotum penitentie predicans istam in remissionem peccatorum. Baptismus enim vocatur est fons lacrimarum secundum gratiam domini. Sed labore et dolore indigens ubique non per scripturas penitentie invenitur dispensatio et maxime preceptis et parabolis domini nostri Ihesu Christi. Ex tunc enim cepit Ihesus docere et dicere: penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum. Sed et parabola filii cuiusdam narrat qui accepit portionem substantie et abiit in regionem longinquam ibique dissipavit totum vivendo luxuriose. Deinde fame in regione illa facta abiit et adhesit uni malignorum civium regionis illius qui misit illum ut pasceret porcos, asperrimam et abhominabilem sic notans peccatum. Multum enim tribulatus et ad extremam deveniens inopiam in tantum ut non doleret quod siliquas quas porci manducabant suum posset implere ventrem. Tandem ad se conversus suam sensit confusionem lamentansque dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus. Et accurrens accedit super collum eius et osculatus est eum [illegible] tempore.

restituens honorem fecit solempnitatem in inventione
eius occidens vitulum pascalem. Ecce hanc
parabolam de penitentibus nobis narravit. Insuper
de pastore qui habuit centum oves de quibus una a-
berrante dimisit et nonaginta novem in deserto et exivit ut
perditam quereret. Quam inventam in humeris
suis levavit et alios qui non erraverant convocavit
amicos et vicinos suos ad epulas
in eius inventione. Sic inquid salvator gaudium
erit in celo super uno peccatore penitentiam agente quam
super ~~...~~ nonaginta novem qui non indigent penitentia. Sic igitur
qui post acceptam noticiam veritatis consuetudinem malorum
omni virtute fugare necesse [?] est. Nam eadem
non expedit ... quam multi iam qui converterunt
resurgere non potuerunt alii in viis carnalium apientes [?]
et nimis adherentes ulterius ad penitentiam venire
nequiverunt. Alii vero morte preventi et non occur-
rentes penitentiam servos [?] operacionis adhuc condep-
nati sunt. Propterea periculosum est in malicia quacumque
in ... cadere et si contingit statim resilire opus
et rursus in bono stare certamine. Ad hec Io-
saphat dixit. Quomodo quis custodiet
se ipsum post baptismum mundum ab omni peccato nam
si restat penitentia delinquentibus sed cum labore
et fletu et planctu quod non facile multis fore mihi
videretur et non malem invenire viam ut custodire
diligenter precepta dei et non declinare ab eis
ne post indulgenciam peccatorum malorum ad iracundiam provo-
carem iterum dulcissimum dominum meum deum

Hunc barlaam dixit bene dixisti domine mi
rex. Nam et hoc valde desiderabile est. Sed
laboriosum est et valde impossibile aliquem
virum in his conservari et non fluctuari. Difficile
est enim eum qui inmixtus est secularibus incitum
negociis et curis circumplexus divitiis
et deliciis invictum mandatorum dei viam inde-
clinabilem pergere et se mundum conservare. Dicit
enim dominus. Nemo potest duobus dominis servire.
Ista ergo dum [?] considerarent patres mei apostoli audi-
entes quia per multas tribulaciones oportet
nos introire in regnum celorum. Quidam illorum
et aliud addiderunt baptisma scilicet per sanguinem

dico et martirium quod et dominus pro nobis suscipiens
baptisma decenter vocavit. Hinc ipsius imitatores
fuerunt prius quidem sui discipuli et apostoli deinde vero
omnium sanctorum martirum chorus. cultoribus
ydolorum regibus et tirampnis se ipsos et pro viro nomine
obicientes omne genus tormentorum sustinuerunt
videlicet bestiis preciati et ignibus exusti atque
gladiis interempti. Istorum vero tam verba et opera sed
et sanguis et ossa omni sanctitate sunt plena de-
mones namque potenter eiciunt. Insanabilium vero
languorum sanitates fide accedentibus prestant. Post
vero crudelium tirampnorum perierunt et persecucio
quievit. Reges quoque ~~quoque~~ fideles per universum orbem
regnaverunt suscipientes et imitantes zelum illum
et desiderium divinum. aliam quandam vitam peregrinam
et sibimet in soliditatem ducere studuerunt et secundum divina
vota omnia derelinquentes quasi quidam
fugitivi in deserta adierunt egentes angustiati afflicti
quibus dignus non erat mundus. Alii quidem
sub divo atque tecto perdurantes solis estu et rigoribus
frigoris et imbribus et turbinibus ictorum affligebantur
Alii vero tuguria figentes aut speluncas et antra
latitantes sibi ~~[illegible]~~ delectabantur. Sic igitur virtutes
virtutibus cumulantes omni carnali consolacioni
et recreationi penitus abrenunciaverunt. Oleris quoque
crudis aut glandibus seu pane arido et valde sicco
transigebant dietam. Nam tantum dentibus ipsis et abiectis
sumebant escas ut solum vivere possent. Quidam
vero tota ebdomada ieiunantes dominica die cibum
sumebant. Alii vero bis in ebdomoda hanc necessariam
habebant. Alii autem post dies vespere edebant tantum
modicum gustantes orationibusque et in psalmis vacabant
angelorum vitam imitantes. habent autem habitacula
ipsa sua. Alii autem in omni modo recessum et solitudinem
agentes procurantes elongaverunt se ab hominum
commoracione toto tempore vite sue et deo appropinquant.
Quidam longe ab invicem cellas habentes
dominicis diebus ad ecclesiam unam conveniunt et divina
misteria sumunt. Alii vero cenobialem ducunt vitam.
Quam plures in simul congregati sub uno prelato
ab omnibus differente degunt omnem voluntatem
suam obediencie gladio occidentes et se ipsos emptitios
se voluntarie reputantes non sibimet ipsis vivunt
sed cum apostolo propter amorem se ipsos subdiderunt. familiaris
vere est dicere quicumque non vivunt sibi vivit
vero in eis christus

quem secuti sunt omnia deserentes. hoc enim est mundi secessio voluntatum odium et nature negatio eorum que super naturam sunt desiderio. hos enim mirabiles et sanctos viros et nos desyderabiles et in dispositione imitari satagimus. et est secundum veritatem odibilis iste mundus et abhominabilis. inimicus enim amicorum suorum et hostis omnium qui faciunt ei voluntatem. Decipit crudeliter et subvertentes super se et commendat illos qui confidunt in eo. Fedus posuit cum insipientibus et promissiones falsas est eis pollicitus. Adhuc tamen ut trahat eos ad se illis tamen acquiescentibus in pace et fallax in aliquibus includit eorum complendo que promiserat. hodie namque epulis delectabilibus eorum epulantem illicit cras autem inimicis totum devorandum preparat. hodie regem aliquem constituit et coronis similibus in ipso super ponit. hodie multis affluentem bonis et divitiis mendicantem reddit. Amabilem hunc omnibus efficit quem post fecit odibilem. hodie letificat cras fletibus afficit. Qualem hujus et finem in post audi. Amatores suos et dilectores suos persequitur infirme neque recedentes hinc laudat neque remunerat misere.

Itaque qui fiunt duces et mali pro domino et bono ac benigno nostro creatori semetipsos elongant, ~~et penitentibus~~ presentibus inhiant negotiis et eis tenentur astricti nullam futurorum habent memoriam sed corporis delectationes semper desiderant animas suas dimittentes fame tabescere et innumeris affici malis similles esse arbitror homini fugienti a facie furentis unicornis qui non ferens sonum vocis illius et sibilum magnum fortiter fugiebat ne devoraretur ab eo. Dum quoque velociter curreret in magnum quoddam decidit baratrum. Dum autem caderet manibus extensis arbusculam quedam apprehendit et fortiter tenuit et basem quandam pedibus reperiens visum est sibi in pace de reliquo fore et stabilitate. respiciens quoque vidit duos mures unum album alterum nigrum corrodentes incessanter radices arbuscule et iam prope erant ut eam absciderent. consideravit et ipsius baratri fondum vidit draconem asspectu terribilem ignem spirantem et terribilibus oculis aspicientem os quoque terribiliter aperientem et devorare eum cupientem. Intuens quoque rursus basem illam pedibus eius suppositam contemplatus est quatuor aspidum capita de pariete prodeuntia ubi consistebat. elevans autem sursum oculos vidit de ramis arbuscule modicum mel distillans dimittens quoque considerare que circumdedebant eum mala. scilicet sursum unicornem insanientem et eum querentem devorare. Deorsum vero draconem inhiantem et arbusculam cito excidendam et quod pedes super lubricam basem et infidelem posuerat, tantorum ac talium malorum oblitus se totum illius mellis modici dulcedini tradidit. hec similitudo eorum est qui seductioni presentis seculi adheserunt. cuius expositionem tibi dicam. Unicornis quidem mortis figuram tenet. Que semper persequitur et comprehendere vult genus humanum. Baratrum vero mundus est iste malis plenus et laqueis mortiferis. Arbuscula que a duobus muribus incessanter incidebatur quam apprehendit vite nostre mensura est que consumitur et diminuitur per horas diei et noctis et ad incisionem appropiat. Quatuor vero aspides de quatuor fragilibus et instabilibus elementis constitutionem humani corporis significant quibus inordinatis et conturbatis corporis compago dissolvitur. Cuius crudelissimus draco sibilans inferni ventrem figurat cupiens suscipere eos qui presentem delectationem futuris preponunt bonis. stilla vero mellis significat dulcedinem mundi per quam seductor ille suos non sinit amicos providere unde salutem. hac suscepta libenter parabola dixit Josophat. Quam verus est iste sermo quam bene coaptatus. Neque sed pigriceris tales nobis typos stabilire ut sciam qualis est presens vita nostra et quorum malorum animas suis actor sit.

Rursus vero dixit: similles sunt amatores secularium delectationum et qui horum dulcedine illiciuntur atque futuris

et fragili stabilibus fluida et fragilia preferunt homini qui tres amicos habuit, quorum quidem duos precordialiter et affectuose honorabat atque vehementer eorum caritate afficiebatur usque ad mortem pro ipsis decertans et periclitari desiderans. Ad tertium vero tantum multo ferebatur despectu, neque honore neque debitam eum aliquando gratificans dilectione, nisi quandam modicam ad eum simulans amiciciam. Venerunt quoque terribiles die quadam quidem accelerantes hunc ad imperatorem ducere rationem redditurum pro debito x. talentorum. Coarctatus vero ille querebat adiutorem ad subveniendum sibi in terribili rationis reddende examine apud regem. Currens vero ad primum et precipuum carum amicum dixit ei: Nosti amice quod animam meam semper pro te posui. Nunc autem indigeo auxilio tuo in die ista, detinente me necessitate. Quo vero ergo quod promittis nunc in auxilium et que apud te reposita est nostra spes dilectissime? Respondens ille ait: Non sum amicus tuus o homo neque scio quis sis. Habeo enim alios amicos cum quibus oportet me hodie letari et amicos istos modo possideo. Prebeo tamen ecce tibi cilicia duo ut habeas ea in via qua ambulas, que tamen nichil tibi proderunt, et nullam aliam spem a me prestolaris. Hec audiens ille et desperans de auxilio quod speraverat ab eo, ad secundum perrexit amicum. Cui et ait: Recordare amice quantum accepisti a me honoris et gratie. Hodie vero tristicie et tribulationi et adversitatem incidi, auxiliatore opus habeo. Quantum vero vales michi subvenire nunc indica michi. Ille vero ait: Non vacat michi hodie ut tecum subeam agonem. Curis vero et sollicitudinibus circumdor et in tribulatione sum. Modicum tamen tecum pergam quamvis tibi non sit profuturum, et statim domum reversus est, propriis vacabo negociis. Vacuus quoque manibus homo ille reversus, undique destitutus, lamentabatur se ipsum de vana spe ingratorum amicorum et de inutilibus laboribus quos pro eorum sustinuit dilectione. Pergit et ad tertium amicum de quo nunquam curam habuit nec socium leticie sue eum advocavit, et ait ad eum confuso vultu et terram intuens: Non habeo os loquendi ad te. Cognosco enim diligenter quoniam nunquam benefeci tibi neque amicabiliter circa te habui me. Sed quoniam adversitas apprehendit me durissima et nullam spem salutis in ceteris amicis meis repperi, et veni ad te rogans si est tibi possibile aliquod auxilium vel modicum impendere, ne tardes memor ingratitudinis mee. At ille respondit ei hilari et sereno vultu: Certe amicum meum carissimum confiteor te esse, et modici illius tui beneficii non immemor cum usura retribuam tibi. Ne timeas ergo neque formides. Ego enim precedam te et ego interpellabo pro te apud regem et non tradam te in manibus inimicorum tuorum. Confide ergo dilectissime et neque tristeris. Tunc compunctus ille dicebat cum lacrimis: Heu michi, quid prius lamentabor aut quid potius plangam? Vanum affectum meum reprehendam quem falsis amicis exhibui, an amentiam meam plangam qua huic vero et fideli amico nullam ostendi familiaritatem? Primus amicus itaque est divitiarum possessio et amor pecuniarum, pro quibus homo innumeris subiacet periculis et multas sustinet miserias. Veniente vero ultimo termino mortis nichil ex omnibus illis nisi que ad sepulturam pertinent inutiles accipit panniculos. Secundus autem vocatur uxor et filii et cognati et alii amici, quorum affectu adherentes inseparabiliter tenemur, animam et corpus propter illorum amorem spernentes. Sed exiens nullam aliquis consequitur utilitatem in hora mortis nisi quod ad monumentum secum pergunt, deinde revertentes suis curis vacant, non minus oblivione memoriam quam corpus operientes sepulcro. Amicus vero tertius despectus est bonorum operum chorus: fides, spes, caritas, elemosina, humanitas et cetera virtutum congregatio, que potest precedere nos cum exierimus de corpore et pro nobis apud deum intervenire, et inimicorum sumus in memoria et cum usura restituit.

Civitatem quandam dicunt fuisse magnam, cuius cives talem habebant consuetudinem antiquitus ut assumerent aliquem hominem ignotum vel ignarum legum civitatis sue vel conditionum, facerentque hunc sibi regem constituebant

qui omnem potestatem accipiebat et suarum volun-
tatum faciendarum facultatem habebat usque ad
completionem unius anni deinde cum omni secu-
ritate manere delicijsque atque ſumptibus
absque formidine et regnum permanſurum existi-
mante repente ſurgentes cives illi qui eum regem
ablata ſtola nudum per totam trahentes civitatem
exulem tranſmittebant et magnam et longinquam
remotam inſulam in qua neque cibum neque
veſtimentum inveniens in fame et nuditate male
atterebatur preter ſpem conceſſis ſibi delicijs et gaudio
in triſticiam verſis preter ſpem omnium et exper-
tacionem. Civium itaque ordinatus eſt
quidam vir in regno qui non ex promptis
intellectu vigebat qui tanta ex improviſo acce-
dente ſibi abundancia non eſt diſſolutus
vel ab ea raptus neque eorum qui ante eum re-
gnaverant et eiecti ſunt miſere fuerant incuria
ſecutus eſt ſed ſollicitudine torquebat et laborabat
animo quomodo ſe et ſua diſponeret. Dum igitur
aſſidua meditacione diligencius iſta rimar-
etur per quendam ſapientiſſimum
conſiliarium ſuum conſuetudinem civitatis et locum
perhennis exilij. Et quomodo ſemetipſum oporteret
cuſtodire ſine errore edoctus eſt. hoc igitur
ut agnovit et quia oporteret illum ad in-
ſulam applicare et regnum caducum alienis
dimittere aperiens theſauris ſuis quorum
tunc liberam facultatem ex illis prout vellet ſueret
accepit pecuniarum multitudinem auri vide-
licet et argenti et lapidum preciosorum am-
pliſſimum pondus et fideliſſimis commictens
famulis in illam premiſit inſulam ad quam
ducendus erat. Peracto igitur anno tumultu in
ſedicione illi cives nudum ſicut et illos qui
ante eum fuerant in exilium tranſmiſerunt. Et alij
ceteri ſtulti et temporales reges in fame male
cruciabantur. Ille vero predictus in abundancia pro-
pria et delicias infinitas habens timoreque pre-
ſens in ... infidelibus et malignis civibus
ſapientiſſimo beatificavit ſe per ipſum conſilio. Ci-
vitatem ergo intellige vanum iſtum et decep-
torem mundum. Cives autem principes et poteſtates
et demonum mundi rectores tenebrarum ſeculi huius

qui alliciunt nos dulcedine voluptatum
et ſuggerunt ut corruptibilia velut incorruptibilia
et mortalia ſeu immortalia et ſemper nobiſcum
manſura conſideremus ſi igitur ſeducti et nullam
ſolicitudinem decernimus et ſtabilibus gerentibus
neque aliquid in illa vita recondentibus
derepente nobis imminet periculo mortis. Tunc
iam nudos nos hinc maligni et amari ſuſcipientes
tenebrarum cives cum quibus expendimus tempus
ducunt nos in terram tenebroſam et caliginoſam
in terram tenebrarum eternarum. Ubi non eſt lux
nec vita hominum. Conſiliarium autem bonum
qui omnia vera fecit nota et ſalutaria
edocuit ſtudia ſapientem et prudentem
regem meum eſtima paruitate qui bona
et rectam viam venit monſtrare tibi introducens
te in eterna et infinita bona ibi te omnia repo-
nere conſulens.

Dixit ergo ioſaphat ſenem. Quomodo igitur
poſſum theſaurum iſtic pecuniarum illic
tranſmittere ut ſecuram ipſarum incorruptibilem
iocunditatem abiens reperiam. Qualiter demonſtrare
adverſum preſencia odium meum et amorem eternorum
plane queſo inſinua michi. Et ait barlaam
divitiarum quidem adventum locum permiſſionis
manibus fit egenorum. Ioſaphat vero ait
Cuncta igitur deſpicere et iſtam laborioſam aſſumere
vitam ſicut dixiſti ſupius tradicio eſt
antiqua ab apoſtolorum deſcendens doctrina an
nobis novum ſic viſum nutis veſtre ſciencie
quaſi melius eligentibus iſtam. Ridens
ſenex ait. Non legem recentem introductam
doceo te abſit hoc a me. ſed ab antiquo
et nobis traditam. dixit enim dominus cuidam
diviti qui interrogavit eum quid faciendo
vitam eternam poſſideret et gloriaretur ſe omnia
cuſtodiſſe que ſcripta ſunt in lege. Unum
inquid tibi deeſt. Vade et queque habes
vende et da pauperibus et habebis theſaurum
in celis et veni ſequere me tollendo crucem.
Cumque inquid ioſaphat ſit antiqua et ne-
ceſſaria ſit huiuſmodi philoſophia Cur non hodie
hanc multi ſequuntur. Senex vero ait

Multi quidem invitati sunt et invitantur, plures
non pigri remanent et negligentes. Pauci enim
sunt sicut dominus ait qui strictam et artam peragunt
viam, amplam vero et latam plures. Sic ergo salvatore
mandante, prophetis autem, apostolis, predicatoribus ac sanctis
omnibus opere et sermone aliquid uirtutis (?) viam
rectissimam nos exortantibus, et si pauci per
hanc gradiuntur, cum plures speciosam et que ad per
dicionem ducit elligant. Non ex hoc consilio
divine huius adnichilatur sapientie. Neque enim decet
alicui nolenti se intueri sol iustitie. Neque
tamen cogit sponse sua tenebras elligentes. Sed
proprio reliquit unumquemque arbitrio et perelectioni
quamdiu in hoc seculo est. Iosaphat autem
sciscitante quid esset liberum arbitrium et quid
perelectio. Respondit senex: liberum quidem arbi
trium est rationalis anime voluntas sine prohibi
tione cuiusdam mota ad quodcumque voluit
sive ad bonum sive ad malum sic ab actore
concessum. Rursus liberum arbitrium est in
tellectualis anime motus sui iuris. Per
electio vero est consultum desiderium eorum que
in nobis sunt aut consilium desiderabile.
Quod enim prius iudicatum est ex consilio tenentes
elligentes. Consilium vero est desiderium
perquirens de hiis que a nobis sunt facienda.
Omne enim consilium fit propter id quod agendum
est. Et sic non omnem perelectionem consilium
est, non omnem vero actionem perelectio est.
Iudicatio non solum actiones sed etiam ea que
sunt intentione perelectione exhibet et co
rone et tormenta inde ea fiunt. Principium
enim peccati et iuste actionis perelectio est
ex hiis que a nobis sunt inducta. Quorum
enim nobis affectus sunt horum rationes.
Tunc autem Iosaphat senem. Sunt ergo alii qui
recta que predicas predicent. Aut solus es hodie
qui ista doces et sic credibilem presentem vitam
instruis. Respondens senex dixit: In nostra in
fidelissima regione ista neminem esse co
gnosco. Nam pater tuus totam in primo cru
delitatibus innumerabilibus hos mortibus tra
didit et satagit ne penitus audiatur in
nobis divine predicationis notitia. Incertus

non omnibus linguis cantantur ista et glorificantur.
Dixitque Iosaphat: numquid non aliquid ex hiis
meis alicui dedit pater. Et ait senex: subtilis
et conveniens nichil dicitur clausis enim meis
sensibus bonum non vult suscipere ad malum
non paratus erit ipse. Sed vellem quid Io
saphat et illi ista dixisse. Ait non senex: apud
hominem impossibilia sunt ista apud deum omnia
possibilia sunt. Quid scis enim si tu salvum
facies patrem tuum et modo mirabili genitor
tui genitoris efficiaris. Dixit autem Iosaphat
de patre meo faciet dominus sicut ei placet.
Ego non extimus sanctis sermonibus preconium
cognoscens vanitatem discedere quidem
penitus cogito et certum reliquum tempus vite mee
ducere ne propter temporalia ista et fluida ab
eternorum et incorruptibilium decidam refrigerio.

c Cui senex: si hoc feceris similis eris
iuveni sapientissimo de quo audivi quia
fuit filius ditissimorum parentum. Cui pater
suus desponsavit filiam cuiusdam nobi
lissimi et per omnibus locupletissimi nimis
pulcerrimam. Movit ergo sermonem cum puero
de nuptiis et quo facere meditabatur. Annunciavit
contra ille quasi rem malam et nephariam respuens
relicto patre in fugam lapsus est. Ambulans
autem declinavit in domum cuiusdam senis pauperis
propter estus diei semetipsum repausaturus.
Tunc filia senis virgo que erat ei unigenita
sedens ante ianuam operabatur manibus, ore
autem suo deum laudabat assidue gratias agens
ei de vero corde. Huius autem laudes iuvenis
auscultans ait: Quid est istud tuum o mulier
studium. Cuius autem rei gratia cum sis pauper
et tenuis, quasi pro quibusdam magnis donis gratias
referendo sic laudas datorem. Que respondens
ait: nescis quia sicut exigua medicina
de magnis langoribus sepius hominem ita
et parvis dei donis gratiarum actio magnorum
auctrix beneficiorum bonorum efficitur. Ego quidem
filia sum senis pauperis. Gratias tamen refero
deo pro modicis istis donis et scio benedicto domini
certa quoniam qui hoc contulit et maiora valet
dare.

Et ista quidem de hiis que extrinsecus sunt
et mea non sunt. Ex quibus nec multa possi
dentibus lucrum aliquod provenit ut non dicam
et quia sepius dampnum sustinet neque accipi
entibus accidit detrimentum eandem ut semper vita
pergentibus et ad eundem pervenientibus finem
Eorum vero que magis sunt magis necessaria
sunt et perfectissima. iusta et maxima accepi
dei dona que invisibilia et mertinubilia
sunt. Nam secundum ymaginem dei facta sum et christi
noticiam habere merui in racione preomnibus animalibus
sum predita et ab ipso deo invitata sum ad vitam
per misericordiam nunc eius cum et misteriorum esse comercem
participes merui. et paradisi ianua aperta est. facile
si voluero introitum in perpetua permanens
et talibus donis que indifferenter perceperunt
divites et paupes ut dignum est gracias agere
penitus est impossibille. Si autem et modica hec
glaudicione largitori bonorum non obtulero
qualem excusacionem habebo. Iuvenis itaque
eximium illius stupens intellectum eius patrem
accersivit et ei dixit. Da michi uxorem filiam tuam
adamavi enim illam propter intellectum et pietatem
Tunc senex ait non licet tibi accipere pauperis
filiam. cum parentum divitum sis filius. Rur
sus autem iuvenis ait et hanc accipiam eam si
tu michi non negaveris illam. Nobilium quippe et
divitum michi filia fuit desponsata. sed hanc
respuens fugam arripui. filiam vero tuam
propter pietatem quam habes in deo et preclarum
eius intellectum. adamans copulari michi fidelibus
cupiam. Senex autem dixit ad eum Non possum
tibi hanc dare ut ducas in domum patris tui
et a brachiis meis separes eam unica enim michi est
Sed ego in quid iuvenis apud vos manebo
et vestram suscipiam conversacionem de modo et sptem
didum deponens vestimentum senis habitum po
stulans a se induit. Tunc ille senex ille
in multis temptans eum et varie ipsius exa
minans cogitaciones. postquam cognovit
mentem ipsius illius stabilitatem. Et quia non
amore in sapie detentus peciit eius filiam
sed pietatis amore elegit paupertate vivere
hanc proponens glorie sue et nobilitati

tenens eum manu introduxit eum in suum cubiculum
et ondit ei divicias multas ibi repositas et in sum
pondus diviciarum pecuniarum quantum non viderat
aliquando iuvenis ille et ait ad eum. Fili hec omnia
tibi do eo quod elegisti meo fieri heres sponse. Qua
tenens hereditatem ille omnes superffesus
et gloriosos terre et divites.

Tunc enim iosaphat. convenienter satis et ista
me tangit narracio et a veritate recte
dicta ista de me extimo. Si desideras scire
prior ut ista nota facias divicias. s. dei et
magnitudine supereminente virtutis eius. Tunc
dixit ei barlaam. Oro deum ut ista doceat te
et sciam talium in figat anime tue quia a per
homines ipsius enarrare gloria et potencia
per suas est impossibille. et si omnes anime
et aliquando fuerint hominum lingue una fient.
Verum enim quid evangelista et tholo pius
nemo vidit umquam. Nos vero et ex predicacione
eorum expera rerum natura nunc quod possibille
est dicimus. Dicit enim scriptura Celi enarrant
gloriam dei et opera manuum eius annunciat
firmamentum. sicut enim aliquis domum cernens
splendidissimam et artificiosse fabricatam
cuius forma ingeniose compacta est et ar
chitectum et edificatorem mox considerans mi
rabiliter itaque ego de non existentibus formatus
et ad hoc presum adductus et si plastem itaque
factorem michi videre non possum. Sed tamen ex hac
compacta et mirabili mea sancta fabrica mea ipsius
id notitia venit. sapiens eius non sum quod est
Sed sicut potui intelligere. Quia non a me ipso
veni. nec me ipsum feci sed ille plasmavit
me sicut ipse voluit. In principio quidem
fecit omnes creaturas quarum aliquando di
minutas et quedam rursus meliori in
novacione informat demum sublevans
hinc divino suo imperio ad aliam transfert
vitam infinitam et eternam. Nullus hominum
potuit aliquando aliquid horum perficere neque rex
neque sapiens neque dives. neque alius hu
mana peragens studia. Ex hiis ergo que
circa me sunt ad scienciam creatoris magis

perfectae

perductus sum. Cum hijs autem et hijs inspecta
fabrica et compositione totius creature consi
derans et videbis quia ipsa omnia secundum speciem
commutationi subiacent et corruptioni. In
tellectualia quidem secundum liberum arbitrium
et in bono profectum et a bono deffectum. Sensi
bilia vero in generatione et corruptione augmen
tum et detrimentum. Et in qualitate trans
mutationum et localem motione. Ex hijs
predicat nobis ineffabilibus a creatore
et incommutabili se facta esse. Et contineri et gu
bernari et semper provideri. Quod et creatorem
a dominus mundi complectione insunt convenientes
et indissolubile ea permanserunt quedam
omnipotentis virtutis ista commiscuisse et sese
indissolubilia conservaret. Quomodo enim aliquid
maneret nisi ipse voluisset secundum enim ~~primus~~ tirannus
sine gubernatore non potest consistere sed mox sub
mergitur et domus modica nunquam stabit sine pro
visore. Mundus quo statim tempore fit creatus
magna sic bona et mirabilis sine gloriosa
quadam et magnifica tamque mirabili gu
bernatione et sapientissima prudencia.
Ecce enim celum quantum tempus habet et non dem
gratum est. Terre virtus non est lassata ex
tanto creata tempore. Fontes non defecerunt flu
ex quo facti sunt. Mare tot et tanta susci
piens flumina non super excedit mensuram.
Cursus solis et lune non mutatur. Ordines
diei et noctis non preteriit. Ex omnibus
enim istis ineffabilis dei virtus et mag
nificencia dei declaratur testificata a prophetis
et apostolis. Sed nemo digne considerare ~~laud~~
et laudare gloriam eius potest. Miseretur enim
omnium quia omnia potest et dissimulat peccata
hominum propter penitenciam. Solus bonus et amator
animarum dominus. ~~bnt~~ benedictum sit nomen eius
laudabile et superexaltatum in secula.

Dixit autem ad eum iosaphat: Si multo tempore
meditateris sapientissime continuus
appositam enodacione quomodo nobis diffi
neres non melius id facere posse non videris
quam talia dando qualia paulo ante pertu
listi

creatorem enim creatorum et datorem bonorum deum
deum declarasti esse incomprehensibilem cogitationibus
humanis. Gloria magnificencie eius sermonibus
evidentissime ostendisti. Hijs ergo premissis
dic mihi certissime quod annorum ipse es tu.
quibus locis conversaris quos et huius philosophie socios
habes. Fortis enim anima mea ex tua pendet
et nequaquam a te omni tempore vite mee nolo
separari. Cui senex: annorum sum sicut opinor
quadraginta quinque. In desertis autem terre Senaar
degens agonizantes mecum habeo eos qui
in cursu superni itineris laborant. Cui
inquid iosaphat: Hec mihi dicis. Amplius
enim mihi apparet lxx annorum esse. Cui
respondit: Si quidem a nativitate annos
meos queris discere bene hos estimasti
amplius lxx annorum esse. Sed nullo modo anime
mensura vite computatur quotquot in
vanitate mundi expensi sunt. Cum enim vi
vebam carne secundum hominem peccati mortuus eram
in interiori homine annos igitur mortis nequaquam
vite nominabo. Ex quo vero mundus mihi cru
cifixus est et ego mundo et deposui hominem
veterem qui corrumpitur secundum desideria erroris
non iam vivo in carne sed vivit in me
Christus. Qui autem vivo in fide vivo filij dei
qui tradidit semetipsum pro me. Hos vero
et annos vite et dies salutis vocabo. Quos
circa xlv computando annos. Dixit autem
iosaphat: Quomodo quidem vita corporalis non
est mihi vita vocatur ergo non mors temporalis
mors debet appellari. Cui respondit senex:
indubitanter et de hijs ita sencio nequaquam
temporalem hanc mortem timeo vel mortem ipsam
appellas quoniam contemptores parvis timi
nas ~~itaq~~ absque timore ad te venire et salu
tare tibi verbum amicicie. Cui dilligere
novum quia si et ista in notitia venerint
mille mortes possibile est ei mortibus
subiacere. Ista ergo inquid iosaphat veraciter
vere philosophie exercitia nimis super excedunt
nimium terrore vite presentis radiantur inhe
rentes. Bene estis vos quanta virile atque
constante habens voluntate secundum undique

Frater Pinemonte [illegible]

Incipit prologus in vita sancte Grate venerabilis matrone pergamensium. I.

Omnipotentis dei filiis, et in dei filio ihesu christo karissimis, tamquam filiis gratie et coheredibus glorie. Universis qui christiana professione censentur, salutem. et in sancta subsequi professione letitiam. et illa respuere que huic inimica sunt nomini et ea que sunt apta sectari. Antiquorum solertia pio studio multa memorabilia posteris in scriptis reliquit. que modernorum inertia vanitatibus seculi dedita ex inertia amisit. Hinc est quod multorum venerabilium sanctorum gesta. aut semiplena. aut ex sola fama seu etiam ex coniecturis vix possint haberi. et quorum nomina scripta sunt in celis. eorum acta aut perdita aut combusta. seu igne cremata aut non scripta sunt in terris. et memoria rarior habetur. Beatissime igitur Grate gloriam ad memoriam reducemus. et qualiter celestia meruit. secundum quod per antiquam scripturam, et verissima dicta per idoneos testes ad nos sanctitatis transmisit antiquitas. ihesu christo qui est via et veritas nos ducente et docente. rudi quidem sed veraci stilo in sub compendio elucidemus. Explicit prologus. Incipit vita illustris vidue sancte Grate. Et primo de eius nobili ortu.

Anno igitur domini [illegible] ducentesimo octuagesimo nono presidente dei ecclesie in urbe roma beato marcello papa et martire. et regnante impiissimo cesare Maximiano. fuit in italia civitate pergami de stirpe regia dignus memoria. Nobilis vir. dux laudabilis lupus nomine. non quasi lupus sed quasi agnus sibi subditis mansuetus. vir rectissimus strenue militans. et a iustitia non declinans. Siquidem tunc temporis secundum quod antiqua lombardorum narrat istoria, erat hec provincia que nunc lombardia dicitur in tres partes distincta. Quarum una dicebatur liguria et extendebatur ab abdua flumine usque ad appenninos montes versus occidentem padum flumen a meridie relinquens. Secunda autem dicebatur emilia a pado flumine usque ad mare versus meridiem. et versus mare protendebatur usque ad flumen qui dicitur Renus. Tertia vero ab abdua flumine versus mane extendebatur usque in panoniam. Hec habebat pro confinio montes a septentrione. et dicebatur venetie. In hac igitur provincia una nobilium civitatum pergamum habebatur. Unde et aquapluvia caput dicebatur venetiarum. et ideo sedes ducatus et sceptrum in ea residebat. In hac ergo civitate venerabilis dux de sua nobili coniuge Adlevdi nomine suscepit filiam quam quodam presagio futurorum Gratam nominaverunt quod et rei postmodum probavit eventus. Fuit enim non solum nomine sed opere et merito grata. Grata siquidem deo fuit grata fuit angelis et grata fuit hominibus. Deo namque grata fuit per veram et grata fuit hominibus profundam humilitatem. Angelis per mundicie puritatem. hominibus per continuam caritatem. Erga eum hec tria eius labor et studium fuit non solum viduitatis tempore. sed etiam in iuvenili etate, in diebus virginitatis sue. Nam violam humilitatis lilium mundicie et puritatis. et rosam rubicundam caritatis conservabat. De bona indole ipsius. III.

Hec iuvencula Grata nobili more in educata, sapientia honestate pulcritudine omnes precedebat. Nobilis carne sed nobilior mente pulcra facie sed pulcrior fide iuvencula corpore sed animo cana. Nam in illa sua iuvenili cor ei senile inerat. et sensus [certe] venerandi canities sub tenella facie latitabat. Senectus enim venerabilis est non in diuturna neque numero annorum computata. Cani enim sunt sensus hominis. et etas senectutis vita immaculata. Fama eius ubique evolat et omnium oculis extat gratiosa. Virgo vero ergo nobilissima Grata creatoris sui in se beneficia recognoscens non efficacia de talibus sed illi soli in placere studebat a quo se omnia recepisse cognoscebat. Gaudebant parentes de sue filie profectu. et ei in omnibus applaudebant. disponentes et assidue [solicite] cogitantes qualiter possent eam alte et nobiliter maritare. Qualiter nuptui tradita fuit. IIII.

Erat in diebus illis in quadam parte Theutonie que dicitur germania. Rex prepotens et dives qui teutonico more latius regnabat. Hic magne et bone indolis habebat filium. quem carius diligebat. et post se regnare disposuerat, et iam regnare incipiebat. Audita igitur celebri fama tante virginis summum sibi profectum reputat. et honorem si regi iuvenem filio suo unigenito copuletur. Iuvenis Rex ad idem estuabat et multipliciter patrem sollicitabat ut legatos mittere non tardaret. Eliguntur legati fideles viri maiores et sapientiores preceteris et cum divitiis magnis ac cum omni mundi gloria ad ducem in patrem virginis pro virgine Grata pergamum diriguntur. Datur audientia ambaxiatoribus regis. qui magnis promissis [promissionibus] summas blanditias adiciunt si hoc coniugium dux et sui facere in compromittant. Annuit dux precibus legatorum. et Grata in iuvenilibus annis regis filio desponsatur. iam tunc sortita spiritum

rectia

bonū . Tandem thoro maritali iuncta . i elimosinis . et opibus misericordie insistē do . Nobilem maritū ignatū potuit deo deuotū effat . Et non solū q(uia) pater sc̄e Grate sic sup(ra)dictū est de regali p(ro)sapia descēndit . sed etiā quia ip(s)a regi fuit maritata / ideirco ip(s)a beata Grata regina appellatur et egregius ille uersificator Moyses qui p(er)gaminū c(om)posuit de ea tractans ip(s)am reginā appellare non formidauit .

De morte mariti et qualiter pergamū remeans i s(an)c(t)a uiduitate

Soluta tandē a lege uiri p(er)mansit .V. tam dilecti mariti sui . per mortē ip(s)ius / licet uideret se longe positā a cognatis et notis suis et quasi derelictam inter extraneos non desparauit . neq(ue) tristitia nimia se absorberi p(er)misit . neq(ue) de cetero alicui alteri mortali nubere proposuit . sed se totam dño yh(es)u xp(ist)o seruituram statuit . qui sibi c(on)tulerat totū . Vnde statī abiectis pompis seculi et uestimentis uanitatis in uili et humili habitu procedebat deū habens p(re) oculis . et mundi caducam gloriā que tam cito deserit sperantes in se . Interea pius pater de sua filia Grata admodū sollicitus / sollēpnes legatos mittit ad illam . Cum dū illā sic humilem respiciūt suspirantes dicūt . Nōne hec est regina duas tam icliti filia ? Non est hic habit(us) regine du as filie . Illius autē uultus non ē i(n) d(i)uersa mutatus quā nullus amor potuit ab amore yh(es)u xp(ist)i sequestrare . Dicti autē nūtij illā assumentes et cū reuerentia debita deducentes . pergamū ad patrē deduxerūt [p(er)duxerūt] / ubi ip(s)a celesti i sponso suo dño yh(es)u xp(ist)o ardenter i(n)hesit seruiens ei in oī tempore . Sperauit enim in domino sic uere uidua et i seculo desolata instans oroībus et obsecrationibus die ac nocte s(e)c(un)dū i apostoli documēta . Nam uidua q̄ i(n) delicijs uiuens, mortua ē . Vnde ad hec sum mopere studuit ut gr(ati)a saluatoris ad iuuante irrep(re)hensibilis p(er)maneret . Non cū ludentibus se miscuit . neq(ue) i cum his qui in leuitate ambulant participē se p(re)buit . Timebat autē deum ualde : nec erat qui loqueretur de ea uerbū malū . Erat eīz uirtuti castitatis adiūcta . ita ut non cognosceret uirū oībus diebus uite sue ex quo defunctus ē uir eius

De eius sotia hesteria et qualiter cum ea se haberet . Vj .

Vt autē ancilla dei Grata melius et honestius posset uacare diuinis et in dei seruitio p(er)manere nobilem mulierem honestam et religiosam sotiā hesteriam noīe sc̄ū assumpsit in sancte societatis solatiū / et religionis augmētū que ei comes indiuidua extitit in opibus bonis / oībus diebus uite sue . Qs enim enarrare sufficiat ? que et quāta i bona hee s(an)c(t)e mulieres egerūt ? Ipe autem quasi lucerne sup(er) candelabrū posite delectabile cūctis claritate sancti tatis spectaculū exhibebant facte oib(us) uite spectaculū religioīs et honestatis exemplū . Gaudebant enī si possent i parce uiuere p(ro)p(ter) xp(ist)m scientes q(uod) parca uita occidit uicia extinguit libidinem uirtutes nutrit animū roborat / mētē ad celestia subleuat . Erant enim i oratione assidue in ieiunijs sepe . karitate papue . compassione anxie et humilitate subiecte . Spetialem gratiā otulerat illis deus flendi pro peccoribus p(ro) miseris et afflictis et animaȝ pe(ri)eū tiū zelo succensē aliquando i orōmbus p(er)noctabant . Frequēter autē et aures diuine clementie hac spetiali petitione pulsabant . quatenū deus iniquitatem a cordibus p(er)gamensiū auferre dignaret(ur) . ut relictis ydolis suis, conuerterentur ad deū uiū et uerū . et uniuū filiū eius dñm yh(es)u xp(ist)m .

De morte beati alexandri i martiris [...] de loco crotaci / cui b(e)n(e)dixit .

Erant autē i tēpore Grate . VII. illo . in ciuitate pergami p(er) pauci xp(ist)iani : qui timore Maximiani / xp(ist)m publice confiteri nō audebāt . In dieb(us) illis accidit q(uod) xp(ist)i uenerabilis miles Alexander qui pro illa s(an)c(t)a et deuota dei legione thebeoȝ signifer fuit . diuina dispēsante misericordia . ut xp(ist)i augeret(ur) gloria . pergamū p(er)ueniret . Vbi iuxta urbē in predio q(uod) dicit(ur) pretoria . diebus aliquibus i oratione p(er)mansit . Superuenerūt autem subito milites et ministri Maximiani i cesaris . qui more bestiarū mox cruentis i manibus s(an)c(t)m dei martirē . non fugiētem neq(ue) diuertentē ab hostibus c(om)p(re)henderūt . et ad locū qui dicebat(ur) crotacū adduxerūt . ubi nūc ē ecclesia ad honorē eiusdem i i(n)cliti martiris alexandri que dicitur in columna . Nobilis enim et diues Crotacianus s(an)c(t)e Grate hūc locū p(ro)p(ri)js diuitijs c(on)struxit et ab eo locus ip(s)e denominat(ur) et ibidē honorabilit(er) est sepultus . Refertur etiam q(uod) in loco illo flores oriebāt(ur) quoȝ odore curabant(ur) infirmi . In illo i

insup loco post obitū illustris crotacij ppli
in signū triūphi ꝛ intitulū memorie al
tam columnam fabricari fecerūt. sic in
pgamino egregius ille versificator moyses
supradictus. nobili stillo descripsit hec oīa
dicens. Versus.
Hunc tibi procedes pauliū titanis ad ortū.
Respice crotacij felicē diuitis ortum.
Quem regina potens ambiuit marmore
Grata.
Pergamee sedis. rexēt cū sceptra beata.
Illic omē viret genus oī tempore floꝝ.
Ex quibus egrotos sanās: mis exit odoꝝ.
Crotacius huius auus regine. dict illā.
Constituisse bonis ppis: magnope villam.
Unde fuisse locū veteres dixere vocatum.
Cuius et ipe locus cōseruat corpus humatū.
Signa rei manifesta tibi dabit alta columna.
Post obitū dñe quā gens fabricauit alūpna.
In hoc sigde loco posita fuit statua quedā
que plotacio vocabat ubi demonia colebā
tur. Ab hac etiam statua quidā locū pdictū
plotaciū vocauerūt. Ad hanc igitur sta
tuam venerabilem xpi militem Alex
andrū violenter traxerūt ut si ibidem
sacrificare ydolis nollet. iuxta pceptum
cesaris maximiani capite plecteretur.
Ad quē locū ut xpi miles puenit spū scto
repletus. xpm constantissime fatebatur.
Aquam ergo postulat. et manus lauat
dñmqꝫ multipliceṙ benedicit. et aspiciens
in celū dixit. In manus tuas dñe comendo ꝛ
spm meum. et sic decolat septimo kallēdas
septēbris. Angeli vero animā eius susci
pientes. ad celloꝝ gaudia pduxerunt.
Qualiter beata Grata sepellivit marti
rē Alexandrū in pdio suo et quomodo ꝛ
huius occasione duas ecclīas hedificauit.
Cum autem detestabiles ministri VIII.
impyssimi maximiani recessissent. relic
to sacro scto corpore in loco passionis occiso.
beatissima Grata zello fidei succensa sitiēs
etiam ipa et desiderans palmā martirij
et cōpatiens martiri xpi. assumpta fide
lissima sotia sua hesteria. de qua sup fe
cimus mentionē. et aliquibus de ancillis
suis: assumptis etiā qbusdā de collegio ser
uoꝝ suoꝝ. qui iā facti xpiani fidelissimi
erant. cum ipis pariter ad locū passionis
accessit. Et inuento corpore sacro: ipa ꝛ
beatissima Grata. propiis manibus reuerē
ter et cū magna deuotione. capud mar
tiris ellevauit. et in brachiali suo qd
de veste pendebat posuit portans ma
nibus ppis. Reliqui autem serui eius
sacrū corpus venerabiliter assumpserūt
. In loco vero ante altam columnam.
ubi occisus fuerat. postmodū tempore ꝛ
procedenti. beata grata viriliter accēsa
statuam idoli que dicebat plotacio deie
cit. confregit et comminuit. et eliminata ꝛ
oī spurcitia ydoloꝝ. ecclīam ad honorem
martiris hedificari fecit. que dicit in colū
na de qua supra habita mentio est. Et
quia tunc temporis non patebat facilis ꝛ
ascensus ad ciuitatem iuxta montem in
quo nūc est ecclia ad honorem prothomar
tiris stephani hedificata. p prata portātes
sacras reliquias versus orientem ad ali
um vicū pvererūt. Et cum puenissent
ad crucem vie publice: sacrū corpus de
posuerūt: volentes quiescere: et hume
ros sup quos portauerant cōmutare.
Et quia portatores ibi talem mutatioēz
fecerūt. ideo deinceps vicus ille appellat
est burgus de mutatione. Quia vero licet qdā male scribāt de ^ mugazone
alique stille pretiosi sanguinis martiris
incliti ibidem ceciderūt: postea tempore
alio illustris Grata. ibi in meditulio vie.
ecclesiā que appellabatur sci Alexādri
de cruce ad honorem pciosi martiris. ꝛ
cōstrui fecit. quā et egoipe oculis aspe
xi. Deinde portantes sacro sanctū corp
puenerūt ad pdiū Grate. qd erat ext bte
muros ciuitatis pgami. ubi nūc ē nobi
lis ecclia catedralis. ad honorē martiris
hedificata. et ibi cū scā grata ad caput
beata vero hesteria ad pedes obsequiū
pstantibus. honorabiliter et deuote sepe
lierūt ubi tale epitaphiū cōtinetur. V.
Conditur in grate. martir tellure bte.
Cernit ut instū. nec distat ab urbe sepltū.
Multis miraculis claruit. et usqꝫ in ꝛ
hodiernū diem. dñs p eius merita: ꝛ
mirabilia opatur. De miraculo exhibi
to circa porcū beate Grate. VIIII.
Sepulto venerabili martire Alexandro ꝛ
precepit beata grata dispensatori domꝰ
sue. ut porcū quendā quē habebat occideret.
et seruis dei qui in sepeliendo martire labo
rauerant. et reliqua familie refectionē pa
raret. Quo iussā cōplente refecerunt
corpora post laborē comedentes cū timore
dñi. et ei grās refferentes. Cūqꝫ facto
prandio dispensator accessisset ut quippiā
opis faceret. mirū dictu mox aliū cōsim
lem porcū viuū et sanū repit in loco ū
alius qui comestus erat stare cōsueuerat
. Egressus aūt dispensator. narrauit h
dñe sue venerabili Grate. et hesterie
socie sue. ac aliis de familia. Que audien
tes sup misericordia dei gauise sunt et
ei grās retulerūt. Illū autem porcum
in misericordie opibus et refectione pau

per uiduar et orphanor ancille xpi cōsum pserũt sedentes cũ dño qui eis illũ diu intus ministrauerat. Multa abinde dñs in uita beatissime Grate meritis illi fecit miracula sed ipa dei famula ea sibi diut atentius occultare.

Qualiter pergamenses p adiutoriũ scē Grate cōuersi sunt ad dñm. X.

tuis quo bona sunt talibus. Benedictus es rex paciens qui peccatores
et impios sustines Et ut errantes in viam possint redire iuste
lumen tue veritatis ostendis. Benedictus es deus misericors qui cadentes
ad tua erigis pietatem. Benedictus es dne Rex solimus qui p mortem
tuam inferna calcasti destructo mortis imperio. Et victor die tercia
ad supos remeasti. te psequentib penitencie locum donas. Benedictus es
dne. qui cedem tuorum aialium expectans. tuorum sctorum orones
libentissime suscipis. et adusariorum machinamenta deludis.

Benedictus es pater piissime qui peccata confitentibus indulgentiam elargiris
Benedictus es misericordissime pater qui in undecima occurrentibus nobis
hora graciam prestitisti Benedictus es in tua sapientia domine qui omnem impietatem
a me hodie extinxisti et in tua veneratione misericorditer aggregasti.
Benedictus es in visceribus tue misericordie domine qui me de media valle [illegible]
ad magnitudinem bonorum operum assumpsisti. Et de potestate secularis
principis liberasti. Benedictus es benivolentie summe pater qui michi
interiorum bonorum largitor es copiam et stadio virtutis tue certantem
meritis michi coronam per vitam Christi domini preparasti Benedictus es in-
expugnabilis domine qui me ad certamen fine vere iocundis et ope spiritus
tui firmamine perfecisti et adversarium occultum confregisti. In michi domine
perfectam graciam exhibe sicut te diligentibus promisisti. Benedicat tibi
domino creatori celum terra et omnia que continentur in eis. qui cuncta
fecisti ad magnificandam tuam laudem et tui nominis gloriam valde bona. Cum
hec beatissimus Alexander in spiritu sancto devote dixisset toto corde
in celum aspiciens commendavit domino spiritum suum dicens. In manus tuas
domine commendo spiritum meum et mox victimam suam servi iussu speculatoris
instituit. Et tunc carnifex ille ferox contra beatum martirem iussu Cesaris
crudeliter fremens evaginato veloci gladium. Et ante columpnam
[illegible] statue caput gloriosi martiris amputavit. Cuius animam
accedentes angeli susceperunt et eam sonoris vocibus deferentes
in celesti curia coram Christo cum debitis laudibus obtulerunt. Passus
fuit igitur Christi nomine beatissimus Alexander septimo kalendas septembris
anno predicto impiissimo Cesare Maximiano regnante. Deinde gratissima
vidua sancta grata martiri beato operationes assumpta fidelissima
socia sibi. Esteria et aliis certis ancillis. et quampluribus de suorum

120

suorum collegio · qui secum fuerat xpianum ancill et meritis beati martiris pfes
in ipsos pariter ad locum passionis accessit · Que corpore sacto ibidem inuento
ipsius multa reuerenter caput martiris ellevauit. Et in brachiali suo quod
pendebat de veste reponens ipsum sola cum deuotione in via detulit ad sepulcrum
reliqui aut sui eius sacrum corpus martiris venerabillis assumpserat dnam
suam Gratam usque ad tumullum sociantes. in loco aut illo ubi martir
venerabillis passus fuit certo tempore precedente. Beata Grata meritis sanctissimi
martiris affectu intime dilectionis accensa. Plateaque stantans fecit commun
terra ornata et inde elliminata omni spurcitia vel dolorum ibidem sub ipsius
martiris sui vocabulle fecit ecclesiam dedicari que tunc dicte colupne
cetarij · dicitur in colupna. Et quia tunc temporis ad ciuitatem per vicum
ubi est ecclesia sancti prothomartiris Stephani facill non habebatur accessus per aliam
partem versus oriens peregerunt. Et cum peruenissent ad burgum ubi nunc
crux est sup colupna in media via burgi posita ibi deposuerunt martiris
sancti corpus aliquantulum volentes quiescere. et humeros super quos
portauerunt commutare · Et quia portitores talem mutationem ibi fecerunt
vicus ille burgum de mutatione fuit postmodum appellatus. licet quidam
ignorantes de mugatione ascribant. Et quia ibi aliquot stille preciosi
sanguinis nostri martiris ceciderunt · ipsa nobillis sancta Grata in dicto
burgo ubi dicta crux sup colupna sita dignoscitur · tempore subsequente
fecit ecclesiam construi sub vocabulle asspti sanguinis martiris Alexandri
Que ecclesia postea per burgi impedimentum fuit versus oriens ibi prope translata
Que ecclesia sancti Alexandri de lacruce vulgariter appellatur. Deinde
portantes martiris sancti corpus ad beate Grate predium quod erat contra
muros regauit peruenerunt. Et ibi sanctum corpus beata Grata ad caput
obsequium ministrante et ceteria ad pedes simille portante cum
aromatibus est sepultum. Unde in epitaphio quidam dixit Conditur ingrate

martir tellure beate cernitur ut mlum nec distat ab urbe sepulcrum
Sic igitur beati martiris corpore tradito sepulture ad eius reverentiam perpetuam
et meritorum noticiam in dicto podio in quo eiusdem iacet corpus humatum
Primo paruula dedicata fuit ecclesia et mox coruscantibus Alexandri
gloriosi miraculis non solum pergamea gens spectaculis currebat
sed vicinarum urbium multitudo frequentas ad sacri martiris limina
properabat. Nec mirum quia deus ibi sui martiris meritis preces supplicum
omnium vota complebat. Ex quo circumquaque fama diffusa non solum pauperes
currebant et debilles immo nobilles et magnates reges et principes et qui
ad ipsius nostri patris ecclesiam infirmi statim diversis langoribus curabantur.
Et alia multa deus ibi ostendit prodigia quibus quilibet tam nobillis quam
ignobillis in devotionem inductus maiorem pretem Ecclesiam habundantibus
oblationibus devotorum in laudabillem studiose fabricam erexerunt. Que
ecclesia postmodum meritis martiris nostri per summos pontifices
instituta fuit eadem cathedralis et mater diversis et magnis privilegiis.
Non solum a Romanis pontificibus sed quam multis et pluribus imperatoribus et regibus
roborata. Quid amplius prosequar de beati martiris laudibus huic urbi
nostre primus antistes immo presul noster sancti Alexandri martiris Episcopus
antiquitus appellatur. Et merito quia ex reverentia et devotione ipsius sancti
patris Episcopalis dignitas magna et diversa privilegia imperatorum et Regum
donatione nomine nostri obtinere. Quid plura de martire glorioso.
Non solum per eum ecclesia pergamensis dotata dignoscitur immo et ipse
Civitatis in multis hodie per Romanorum imperatorum et Regum privilegia
sublimatur. Ex quibus liquido recte patet tam ecclesiasticas huius urbis
quam seculares personas tam preciosi dei militi venerabilliter sbiacere
Et quis ex incolis nostris hec acceptavit ut debuit. Ipse de longinquis
partibus ad nos venit ut nos renovaret ab ydolis. Et Renovatos ad
celos perduceret ubi nullus hostis. nullus languidus. nullus insipiens
nichil orridum nichil turpe nichil obscurum. Ubi malorum omnium

et peccatorum privatio. ubi pax summa concordia. ubi perpetua sanitas. ubi publi-
neunt omnia. ubi quicquid est gratum quicquid pulcerrimum quicquid clarum
ubi dulcissimum gaudium sine fine. Excitent igitur pergamenses et sinum
sic imitentur puro corde deicolam nec claritatis ipsius splendide turpiter
videantur ingrati qui ut aliquis somnis ~~deviant~~ deviant male agunt
et de facili subito precipitant in maiorem profundum nisi absit adsit dei
misericordia corruentes. Et quid mirum si civitas nostra precipitat. Non ut
deviamus aliter. Qui odit lucem nescit quo vadat. Postponimus
lucem nostram vilipendimus sanctum nostrum qui patriam nostram illuminavit
antiquitus cuius meritis tota civitas adornatur. Et ergo fratres karissimi
Exortatio ad devotionem ff. minimum deminimus resurgamus et patroni nostri sedulo mentis
affectu frequentius limina visitemus. Et quare non erubescimus.
Caput nostrum martir dei inclitus Alexander ad nos de thebarum
partibus veniens quot opprobria quanta tormenta qualemque mortem sponte
pertulerit prius prescripta demonstrant. et heu miserrimi si talis tantusque
miles ad pugnandum pro nobis sic longe devenit. et finaliter voluit
nobis mori. Cur eius devotioni non surgimus. Cur eius tanta beneficia
non pensamus. Surgamus ergo velocius. et frequentemus sepius ecclesiam
patris nostri ut filii tante pigritudinis reputemur. Dicit enim Augustinus
doctor egregius. Qui sanctos martires in quantum potuerit noluerit
imitari ad eorum beatitudinem non poterit pervenire. Et si sanctos
martires equaliter venerari tenemur ex sanctis et festis eorum omnibus
Et quia ipsi pro nobis cottidie resident coram deo quanto multo magis
pro beato martire Alexandro gloriosissimo patre nostro quem deus
nostrum constituit protectorem. Redemptor enim noster dei filius unicus
christus volens eius benignitate mundo succurere et edifficationem
salutifere fidei certos per orbem destinavit apostolos. martires. confessores
et virgines. Mediolanum scilicet Ambrosium confessorem. martires
Gervasium et prothasium. Celsum atque Nazarium. Brixiam faustinum

et iouitam filiastrum et iuliam Cumas fidelem et abundium. papia
Augustinum et sirum. Pergamum vero Nobilissimum militem.
Alexandrum ducem sancte legionis signiferum. Et quis hic dubitet
fuisse plus milite cum inter tot et tales signum probitatis et fidei
portare meruit. licet apud deum non sit acceptio personarum
et ex sanctitate quilibet strenuus reputetur tamen omnium merita
non sunt equa. hic inter alios sanctos mundi strenue militavit pro
christo mortem pati non timuit. Et ut dei fortis athleta mirabiliter
militavit. Et vetustate temporis beati martiris viri propria multa
tacentur et eius propria generositas ignoratur quia rememorari fuit
etiam pretium omnibus. Officium tamen sibi a legione promissa commissum
approbat suam generationem et statum. Nam sicut nobilior sicut
districtior. Sicut inter ceteros aptior totius sancte legionis fuit vexillifer
appellatus. Et vere fuit omnium signifer et speculum singulorum.
Cuius sanctitas cum nunc ex antiquitate non pateat sed viget
probabiliter hodie. Dum martir noster principio vigeret miraculis
erant in Cumana diocesi due ville. quarum una vercana.
altera miltrasium vocabatur. prope istas villas apparuerunt lupi
rapaces et pessime fere multe que homines invadentes etiam
domos intrabant. Et experientes quod sepius parvulos devorabant
Tanta erat ipsorum luporum et ferarum infamia quod nullus quasi
audebat ibidem ad operationem exire. Cultores villarum istarum
Scientes miracula beatissimi martiris alexandri eidem devote
voverunt. Quod si ipse eos a luporum et ferarum rabie liberaret
Corpus suum sanctum cum cruce et rogationibus annualiter visitaret
Et propter suam et bestiarum salvationem caseos formulas sibi de
toto lacte diei unius presentarent. Quo voto facto nullus lupus

Insanus nulla fera pessima deinceps locis illis apparuit. Unde ipsarum
villarum coloni beati Martiris Bufianum acceptantes votum quod voverant
longis temporibus fideliter impleverunt. Similiter comunitate de Sedrina. de lacosta. de
Sembosetti. de sancto petro de ortio de sancto gallo de dossena. et de bracha
omnes vall brembane. diocesis pergamensis dictorum luporum adversibus et
ferarum obsessi audientes quod ipse comunitate de Vrana, et de Multasio
beati Martiris nostri virtute predictis fuerat liberate periculis Martiri suo
eadem vota devote fecerunt. Que liberate continuo. Comunitate de Vrana
et de multasio. unacum dictis vallis brembane comunitatibus veniebat iuxta
vota visitare venerabille martiris nostri corpus die veneris. post ascen
sionem domini sollemniter omni anno et ideo quando dicte comunitate vallis
brembane, cum Cruce sua et formulis caseri veniunt ad sanctum
Martirem visitandum. Crux illa appellatur hodie de Vrana. Sed consuetudo
ipsarum comunitatum de Vrana et de Multasio cum sint. cum sint remo
tiores. ab aliis. quia ille vallis nostre brembane propter hinc inde Guerras
Vergognum prohibent. dicte autem cetere iste comunitate vallis brembane suum
hodie votum suum. Et quamquam aliquando propter guerras venire non audeant
Tamen die predicto singulis annis caseri sui formulas per alios sancto
Corpori representant. Nec mirum si devotiores votum observant. quia etiam
modernis temporibus. Quidam nomine Ambrosius de Vachis prefate comunitate
de sancto Pellac blancho nimia cupiditate inductus quadam vice
Beatum Alexandrum de certa quantitate suorum caseri fraudavit. Illa
die cesspitaverunt sibi due vache pulcerime. Que in locis etiam
non suspectis mortue permanserunt. Ille dei nutu et beati martiris
Alexandri confessus fuit publice coram multis. quod quia dictis caseri
fraudem commisit ipsas donabilles perdidisset. affirmans firmo
proposito se sanctum Martirem nunquam taliter fraudaturum. Sunt quoque
Aliter quedam eiusdem comunitate, que parum sunt ad Campos

p laborerijs in cuna portauiant. et ipm solum ibi occupata dimisit
et rediit ad puerum vidit ipm raptum a lupo. et amaras currendo post ipm
marito clamauit. Heu heu. lupus nostrum filium rapuit. succurrite succurrite
Ecce debilis et attrita doloribus lupum non possum pertingere fugientem. Et
maritus auxilium clamoribus uxoris audiens. Beati Alexandri martiris protectione
confidens et filij sui morte non territus uxori dolenti sic dixit. mulier
quiesce. nec fac plura. quia in nos et nostra potestatem nocendi non habet. Beatus
noster Alexander filium nostrum turbatur de ipo stare non dubites. Reuertere
reuertere ne amplius facias tales fantasias. Perlatis hijs verbis lupus matre
vidente diluculo deposuit puerum suum sanum et fugiit. Mater vero
festinans ad locum puerum reddente et non in aliqua parte lesum inuenit
et nec letissima quia simul flens et ridens ipm patri velociter designauit.
ambo congaudent. ambo filium suum stringunt et patroni memores deuote
gratias deo reddunt. et Beato Martiri Alexandro. Hec sancti nostri digna
memoria non deletur. Et longius firmata temporibus annis singulis approbatur.
hoc ideo. quia dicto sito predicto multis retroactis temporibus pestifera fuit per lupos
vel feras similes molestatus. quibus circumstantes saepe talibus opprimuntur.
Si longinquos nostros et rusticos Beatus Alexander sic seruat illesos
Cur non ciues prius a luporum et malorum morsibus non tuetur. Quoniam
ipsi negligentiores longinquis et rusticis supradictis sancti sui
martiris beneficia non cognoscunt. Ipm ut eorum caput non visitant
ipm ad eos missum diuinitus non honorant. Expurgat igitur quilibet
Ciuitatem omnes conuertere. sic patri suo et martiri patrono deuotioni
quod deus qui nobis pugillem suum misit eiusdem amore dignetur
patriam nostram et statum reformare pacificum. Et reformatam ab
iniquis periculis conseruare. Quod nobis prestet ille piissimus. qui
regnat per omnia secula benedictus amen. Post hec festiuitatem
gloriosi martiris Alexandri cum magna deuotione fore a fidelibus
celebrandam. Et si ab antiquo diuina prudentia multos magnos

miraculis monstrare voluerit. novissime tamen in festo eiusdem miraculum quod
apparuit certum ab fidelibus hominibus fidedignis qui hec cum stupore viderunt. Canonicis
minoris ecclesie pergamensis in qua sanctum eius corpus fuit humatum hominibus
pie mentis aperte demonstrat. Contingit enim ut in festo ipsius beatissimi martiris
anno domini currente millesimo trecentesimo decimooctavo. Quidam nomine Bonadeus
quondam filius Uberti xpiani de ospitio huius societatis de guado cum Johanne de olmeris
burgi sancti stephani veniret ad eum et diceret. Expedit quod de guado quod habemus
in burgo tantum trahatur albenum. ubi aliud guadum habemus. quod compleatur sacchus
unus preceptus impleri. quia cras mane bubulci albini venient et nimium
turbarentur nisi invenirent sacchos impletos quibus possent honerare plaustra
ipsorum sicut prius eisdem. Ille autem Johannes asseruit. quod nolebat hoc fieri. quia
tunc festum erat beatissimi Alexandri in quo boves suos iungi pro sanctissimi
patroni sui reverentia non volebat. dictus autem Bonadeus cepit aclamare
et murmurare quod nimium importunitatem et querelas bubulcorum considerans
nisi sacchum impletum in crastinum ut predicitur invenissent. deinde ipso Johanne
de olmeris invito credente tamen dictus Bonadeus obtinuit. quod boves ipsius
Johannis iuncti fuerunt et appositi plaustro. quatuordecim guadi centenariis
honerato. quod guadum cum dictis bobus et plaustro fuit per petrum de
taliegio famullum dicti Johannis sine ullo impedimento. deductum ab ipsius
Johannis domo sita in burgo sancti stephani usque ad locum de albino pro ponendo
cum eo guado. dimisso ibidem cum dictus petrus rediret cum plaustro
vacuo versus domum. et pervenisset ad zapellum quendam qui dicitur qui modicum
distat a pulcro sedimine seu castro dominorum de grossis. quod in territorio
de Calue noscitur esse situm. Cuius dicitur zapelli. amenidat per prato
dominorum de grossis. et a montibus vertesom de ozio. per qua viam et
zapellum. plaustra dum expedit leviter etiam honerata vehuntur. Et
de facili revehuntur. accidit quod dictus petrus nullo modo cum bobus ipsorum
toto conatu plaustrum vacuum movere valebat. pro quo plaustro vehendo

illinc fuit boum tantus quod fregerunt mediatitre et capitulia iugi boum
quod petrus videns et stupens quod plaustrum damni sic erat imobille
quam confusus mente dicebat. Deus meus michi credet quod de hoc loco plaustrum
datum cum tam bonis bobus movere non valeam. Quod tamen magno sathio
quadam apposito movere debetur. hec ipse petrus videns in arto pudore
et verecundia victus non audebat ab aliis auxilium implorare. Et licet
diu per se solum frustravit circa idem necessitas tum verecundia compulit
dictum petrum. ire ad prefatum sedimen seu castrum dominorum de gressis.
et rogavit Betinum quondam de azano ibi manente quod cum suis bobus in eius
veniret auxilium at ille negotium audiens et naratum sibi miraculum
expavescens dicto petro credit quod ex devotione quam ad mirabillem
suum sanctum habebat illius festo suos boves iungere non curabat
Cum eo volens ipse videre miraculum personaliter tamen ivit. Et ex
suorum boum iugum primum posuit. Cuius capitulla nova erat.
Et quendam funem quod dicitur camola secum etiam detulit quod instrumentum
est aptum ad levandum plaustra quantumcumque fuerit honerata. Iugo
igitur cum capitulis novis quod amitio datum erat. decepto cum ipso iugo
boves iunctos rursus posuerunt ad plaustrum. Et ut boves primo
conatu ipsa nova capla omnino sunt decepta. Tunc ambo
videntes quod cum bobus nichil facere poterant. dictam camolam supposuere
funiculam rotis plaustri et nullam potuerunt ex eis plurimum tamen
terra fixis penitus removere. Tunc dictus petrus de talicyo quasi
victus videns quod laborabat in vanum. Et quod dies inclinabat ad
vesperam. venit in burgum sancti stephani ad domum cuiusdam
sui amici qui bardus nomine nuncupatur. cui naratis sibi predictis
rogavit ex corde ut eum in tanta pressura omnino cum suis bobus
fortibus adiuvaret. Ille bardus tamen verus amicus. arto opa[illegible]

Cum bob; suis detulit fimum fortem, quo propinquato dicto plaustro cum
bob; ipum plaustrum cum s[...] suis bob; putauit remouere de loco
in quo ipum plaustrum erat remouere in dubitao. plaustro plures boues suos
fortes apposuit. Et licet se quantumque firmaret plaustrum. sicut ante
immobille permanebat. videntes. quod illi boues bardi soli plaustrum
mouere non poterant. plures boues cum istis bardi eum dicto fimo
supponit. ut quod diuinum per bouem non potuit perficeret ipe duo.
Cum se firmantib; ad huiusmodi cunctis bob; ipis. ottimo fractus est
fimus quo fimo confracto ipum tribus dieb; nondum erunt. Et ipis similiter
dieb; subsequentib; se dictis quatuor bob; ad plaustrum firmantib; statim
dictus fimus est fractus. huius predicti dicti petrus et bardus mirabiliter
obstupescunt. Dictum ipe petrus et esticas quam amore effectum
se confusum potius reputabat. Tandem ad occasum solle
tendente ipe petrus illuminatus a xpo quem martire suum voluit
per mirabille sublimare. quod nullis dieb; potuit se deo humiliang
impetrauit. Ille igitur sponte deiectus pronus in terram gloriosum
martirem alexandrum, cum distantib; pedib;. Tota deuotione requirit
Quatenus sibi confusum succurreret et plaustrum reduceret. qui accepit.
Cum ib; preb; per dictum petrum effusis. statim et leuiter plaustrum
ipum. de dicto zapello extrapit. De deo et sancto martire alexandro
regratiatus, cum plaustro. ad prefatam dominum Johannis de olmeis. ipa
die quam de nocte peruenit non modicum fatigatus. Cui petrus
dicto Johanni de olmeis admiranti sibi quod tantum distulerat
predicta et alia que sibi euenerat. Enarauit ad honorem nostri
dni yhu xpi. Et laudem preciosi martiris alexandri.

Iste lib[er] Competit loco sce m[arie] de gratiis iux[ta] pergam[um]

dn̄o pat'

Iste liber [illegible]

Domino patri karissimo P. dei gratia portuensi Episcopo. Lotarius indignus dyaconus gratiam in presenti, et gloriam in futuro. Modicum ocii quod inter multas angustias nuper ea que nostis occasione non ex toto amisi potius ociosum, ad deprimendam superbiam, que est caput omnium viciorum, vilitatem humane condicionis ut cumque descripsi. titulum autem pontificis opusculum vestro nomine dedicavi, Rogans et postulans, ut si quid in eo vestra discretio dignum invenerit, divine gratie totum ascribat. Si vero paternitas vestra suggesserit, dignitatem humane nature xpo favente describam, Quatinus ita per hoc humilis exaltetur, ut per illud humilis exaltetur. Incipit liber de miseria condicionis humane.

Quare de vulva matris egressus sum, ut viderem laborem et dolorem, et consumerentur in confusione dies mei. Si talia locutus est ille ille quem deus in utero sanctificavit, qualia loquar ego de me, quem mater mea me genuit in peccato. Heu nunc dixerim mater mee, quod me genuisti filium amaritudinis et doloris. Quare non in vulva mortuus sum, egressus de utero non statim perii. Cur exceptus genibus, lactatus uberibus, in combustionem et cibum ignis, utinam interfectus fuissem in utero. Ut fuisset mihi mater mea sepulcrum, et vulva eius conceptus eternus. Fuissem enim quasi qui non essem de utero translatus ad tumulum. Quis ergo det oculis meis fontem lacrimarum, ut fleam lacrimabilem humane condicionis ingressum, culpabilem humane condicionis progressum, dampnabilem humane condicionis egressum. Consideravi enim ergo cum lacrimis, de quo factus est homo. Quid faciat homo. Quid facturus sit homo. Sane formatus est homo de terra. Conceptus in culpa. Natus ad penam. Agit prava que non licent. Turpia que non decent. Vana que non expediunt. Fiet cibus ignis. Esca vermis. Massa putredinis. Exponam planius et explicem plenius. Formatus est homo de pulvere. De luto. De cinere. Quodque vilius est, de spurcissimo spermate. Conceptus in pruritu carnis. In fervore libidinis. In fetore luxurie. Quodque deterius est in labe peccati. Natus ad laborem, timorem, dolorem. Quodque deterius est ad mortem. Agit prava quibus offendit deum, offendit proximum, offendit se ipsum. Agit turpia quibus polluit famam, polluit personam, polluit conscientiam. Agit vana, quibus negligit sancta. Negligit utilia. Negligit necessaria. Fiet cibus ignis qui semper ardet et urit inextinguibilis. Et esca vermis, qui semper rodit et comedit immortalis. Massa putredinis que semper fetet, et sordet horribilis.

Ieremia
Job

126

15

De vilitate nature.

Formavit igitur dominus deus hominem de limo terre, que ceteris indignior est elementis. Planetas et stellas fecit ex igne. Flatus et ventos fecit ex aere, pisces et volucres fecit ex aqua. Homines et iumenta fecit ex terra. Considerans igitur aquatica se vilem inveniet, considerans aerea se viliorem agnoscet. Considerans ignea se vilissimum reputabit. Nec valebit se parificare celestibus, nec audebit se preferre terrenis, quia parem se iumentis inveniet, et similem recognoscet. Unus est enim hominum et iumentorum interitus et eque utriusque condicio. Et nichil habet homo iumento amplius. De terra orta sunt et in terram pariter revertentur. Verba sunt ista non cuiuslibet hominis, sed sapientissimi Salomonis. Quid est igitur homo nisi lutum et cinis. Hinc est quod homo dicit ad deum: Memento quaeso quod sicut lutum feceris me, et in pulverem reduces me. Hinc et deus dixit ad hominem: Cinis es. Et in cinerem reverteris. Comparatus sum, ait, luto. Et assimilatus sum faville et cineri. Lutum efficitur ex aqua et pulvere, utroque manente. Cinis autem fit ex ligno et igne, utroque deficiente. Expressum misterium, sed aliud dicendum. Quid igitur lutum superbis, et quo pulvis extolleris, unde cinis gloriaris.

Salomon

gen.

De vicio conceptionis.

At illud forsitan respondebis quod adam ipse fuit de limo terre formatus, tu autem ex humano semine procreatus. Nec ille fuit formatus de terra sed virgine. Tu vero procreatus de semine, sed inmundo. Quis enim potest facere mundum de inmundo conceptum semine. Quis est qui inmaculatus sit et iustus appareat natus de muliere. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Et in peccatis concepit me mater mea. Non in una tantum iniquitate, non in uno tantum delicto, sed in multis iniquitatibus et in multis delictis, in delictis et iniquitatibus alienis [in delictis et iniquitatibus propriis et]. Est enim duplex conceptio: una seminum. Et altera naturarum. Quis enim nesciat [concubitum] etiam coniugalem numquam omnino committi sine pruritu carnis, sine fervore libidinis, sine fetore lascivie, unde semina concepta fedantur, maculantur et viciantur, ex quibus anima tandem infusa contrahit labem peccati, maculam culpe, sordem iniquitatis. Sicut ex vase corrupto liquor infusus corrumpitur. Et pollutum contingens ex ipso contactu polluitur. Habet enim anima tres naturales potentias sive tres naturales vires.

✠ Prima fit in coniugio concubitum. Secunda contractis. Parentes enim committunt in prima. Proles contrahit in secunda.

Rationalem ut discernat inter bonum et malum. Irascibilem ut respuat malum. Concupiscibilem ut appetat bonum. Iste tres vires tria opposita vicia originaliter corrumpunt. Vis rationalis corrumpitur per ignoranciam, ut non discernat inter bonum et malum. Vis irascibilis per iracundiam ut respuat bonum. Vis concupiscibilis per concupiscentiam ut appetat malum. Prima gignit delictum, ultima parit peccatum, media delictum generat et peccatum. Est enim delictum non facere faciendum. Peccatum agere non agendum. Hec tria vicia contrahuntur ex carne corrupta per tres carnales illecebras. Quippe commercio carnis sopitur intuitus ut ignorantia. Vermes libidinis irritatur pruritus ut iracundia propagetur. Voluptatis facit affectus ut concupiscentia contrahatur. Hic est tirannus carnis, lex membrorum, fomes peccati, languor nature, pabulum mortis, sine quo nemo nascitur, sine quo nullus moritur. Qui et si transit reatu, semper tamen remanet actu. Si enim dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est. O gravis necessitas et infelix condicio. Antequam peccemus peccato constringimur. Et antequam delinquamus delicto constringimur. Per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, et per peccatum in omnes homines pertransivit. Immo patres nostri comederunt uvas acerbas, et dentes filiorum obstupescunt.

Sed attende quo cibo conceptus nutritur in utero. Quali cibo conceptus nutritur in utero.

Profecto sanguine menstruo, qui cessat in femina post conceptum, qui fertur esse tam detestabilis et immundus ut ex eius contactu fruges non germinent. Arescant arbusta. Moriantur herbe. Amittant arbores fetus. Et si canes inde comederint in rabiem efferantur. Concepti fetus vicium seminis contrahunt, ita ut leprosi et elefantici ex hac corruptione nascantur. Exodi. Unde secundum legem Moysi mulier que menstrua patitur reputatur immunda. Et si quis ad menstruatam accesserit, iubet interfici. Ac propter immundiciam menstruorum precipitur ut mulier si masculum pariet xl, si vero feminam lxxx diebus a templi cessaret ingressu.

De imbecillitate infantis.

Quare ergo data est amaris lux et vita, qui sunt in amaritudine anime? Felices illi qui moriuntur antequam oriantur, prius mortem sentientes quam vitam scientes. Quidam enim tam deformes et prodigiosi nascuntur ut non homines sed abhominaciones potius videantur, quibus forte melius fuisset provisum si numquam pervenissent ad visum, quia ut monstra monstrantur et ostenduntur. Plerique vero diminuti membris et sensibus corrupti nascuntur, amicorum tristicia, parentum infamia, verecundia propinquorum. Quid hoc particulariter

dixerim de quibusdam cum generaliter omnes, sine scientia, sine verbo, sine
virtute nascantur. flebiles, debiles et imbecilles. parum a brutis distantes.
immo minus in multis habentes. Nam illa statim ut orta sunt gradiuntur.
Nos autem non solum recti pedibus non incedimus. sed etiam curvati
pedibus non reptamus : **De dolore partus et ululatu nascentis.**

Omnes nascimur ululantes, ~~nature nostre~~ ut nature miseriam exprimamus.
Masculus enim recenter natus dicit A. femina dicit E. dicentes E.
vel A. quotquot nascuntur ab eva. quid est igitur eva ~~illud~~ aliud nisi eua, utrumque
dolentis est interiectio doloris exprimens magnitudinem. Hec enim ante
peccatum virago, post peccatum Eva meruit nuncupari. Ex quo dictum
audivit. In dolore paries. Non est dolor sicut parturientis. unde
Rachel pre nimio dolore partus interiit. Et moriens vocavit nomen filii
benoni. filius doloris. Uxor phinees subitis doloribus irruentibus peperit
simul ac periit. Et in ipso mortis articulo vocavit filium. Ichabod.
Mulier autem ut naufragus cum parit tristitiam habet. Cum vero peperit
filium iam non meminit pressure propter gaudium quia natus est homo in mundo.
Concipit ergo cum immunditia et fetore. parit cum tristitia et dolore. Nutrit
cum angustia et tremore. custodit cum instantia et timore : **De Nuditate.**

Nudus ingreditur. Nudus regreditur, pauper accedit. Et pauper recedit.
Nudus inquit egressus sum de utero matris mee. Nudus et revertar
illuc. Nichil intulimus in hunc mundum. nec auferre quid possumus.
Si quis autem indutus ingreditur attendat quale proferat indumentum, turpe
dictu turpius auditu. turpissimum visu. fedam pelliculam sanguine
cruentatam. hec est illa marcheia, et ob hanc causam vocavit nomen
eius phares. :

Quem fructum homo producit.

O vilis humane conditionis indignitas indigna vilitas. humana conditio.
Herbas et arbores investiga. Ille de se producunt flores. frondes
et fructus, Et tu de te lendes, pediculos et lombricos. Ille de se
fundunt oleum vinum et balsamum. Tu de te sputum, urinam et stercus.
Ille de se spirant suavitatem odoris. Tu de te reddis abhominationem
fetoris. Qualis est arbor talis est fructus eius. Non est potest arbor
mala fructus bonos facere. Quid est homo secundum formam nisi quedam arbor
eversa. cuius radices sunt crines, truncus est caput cum collo.
Stipes est pectus cum alvo. Rami sunt ulne cum tibiis. frondes sunt
digiti cum articulis. hec est folium quod a vento rapitur, et stipula que
a sole siccatur. :

De incomodis senectutis et brevitate vite

In principio conditionis humane. Nongentis
annis et amplius homines vixisse leguntur. Set paulatim vita hominis
declinante. dixit dominus ad Noe. Non permanebit spiritus meus in homine in
eternum. quia caro est. Erunt dies illius. Centum viginti annorum. Sed
cum magis ac magis vita recederet humana / dictum est a psalmista. Dies
annorum nostrorum. lxx. annis. Si autem in potentatibus. lxxx.ta anni. amplius
eorum labor et dolor / Nunc autem paucitas dierum meorum finitur. Breves dies
mei. velocius transierunt quam a texente tela succiditur. Homo natus de muliere
brevi vivens tempore repletus multis miseriis. qui quasi flos egreditur et conteritur / Et
fugit velut umbra / Et numquam in eodem statu permanet. Pauci nunc ad xl.
paucissimi ad lx.ta annos perveniunt. Si quis autem ad senectutem processerit
statim cor eius affligitur. Et caput concutitur. languet spiritus. et fetet
anhelitus. facies rugatur / Et statura curvatur. Caligant oculi / Et vacillant
articuli. Nares effluunt / Et crines defluunt. Tremit tactus. deperit
actus. Dentes putrescunt. Et aures surdescunt. Senex facile provocatur.
Et difficile revocatur. Cito credit. Et tarde discredit. Tenax et cupidus
Tristis et querulus. velox ad loquendum. Tardus ad audiendum. Sed
non tardus ad iram. laudat antiquos / et spernit modernos. vituperat
presens / Commendat preteritum / Suspirat et anxiatur. Torpet et infirmatur.
Audi poetam. Multa senem circumveniunt incomoda etc. ~~Porro torpet et~~
~~infirmatur~~. Porro nec senex contra iuvenem glorietur / nec insolescat iuvenis contra
senem quia quod sumus iste fuit. Et erimus aliquando quod hic est. De labore mortalium etc.

Avis quidem nascitur ad volatum et homo nascitur ad laborem. Cuncti dies eius
laboribus et erumpnis pleni sunt. Nec per noctem requiescit. mens eius
et hec nonne vanitas. Non est quicquam sine labore sub sole. Non est quicquam sine defectu
sub luna. Non est sine vanitate. Sub tempore. Tempus enim est mora motus
rerum mutabilium. Vanitas vanitatum inquit ecclesiastes / et omnia vanitas.
O quam varia sunt hominum studia. quam diversa sunt exercitia. Unus est tamen
omnium finis. Et idem effectus. Labor et afflictio spiritus. Occupatio magna
creata est omnibus hominibus. Et iugum grave super filios adam a die exitus
de ventre matris usque in diem sepulture / in matrem omnium. De studio sapientum

Perscrutentur sapientes / Et investigent alta celi. lata terre. profunda
maris. De singulis disputent. De omnibus tractent / Discant semper aut doceant.
Sed quid ex hac occupatione nisi dolorem et laborem. et occupationem spiritus
invenient. Non autem experimento quod dixerat. Dedi cor meum ut scirem
utique prudentiam / et iustitiam / errorem et stultitiam. Et agnovi quod esset labor
et afflictio spiritus. Eo quod in multa sapientia sit indignatio / Et qui addit scientiam

addit laborem. Licet enim oporteat indagantem multis insudare vigiliis
et pervigilare sudoribus. Vix tamen est quicquam tam vile. Vix est tam facile
quod ad plenum intelligat et comprehendat ad liquidum. nisi forsitan illud perfecte sciat
quod nichil scit perfecte. Quod ex hoc insolubilis redargutio consequatur. Quoniam
corpus quod corrumpitur aggravat animam. Et deprimit terrena inhabitatio sensum
multa cogitantem. Audi quid super hoc sentiat Salomon. Cuncte res difficiles
non potest homo explicare sermone. Est homo qui diebus ac noctibus somnum non capit
oculis. Et nullam operum dei potest invenire rationem. Et quanto plus laboraverit
ad querendum tanto minus inveniet. Defecerunt scrutantes scrutinio. Quoniam
accedet homo ad cor altum. Et exaltabitur deus. Perscrutator enim maiestatis
opprimetur a gloria. Qui magis intelligit magis dubitat. Et ille videtur
sibi plus sapere qui plus desipit. Pars igitur scientie est scire quod nescias.

Currunt et discurrunt mortales per sepes. De varijs hominum studijs :-
et semitas ascendunt montes transcendunt colles. transvolant rupes.
pervolant alpes transgrediuntur foveas. ingrediuntur cavernas. rimantur
viscera terre. profunda maris. incerta fluminis. opaca nemoris. invia
solitudinis. Exponunt se ventis et ymbribus tonitruis et fulminibus fluctibus
et procellis. Ruinis et precipicijs. Metalla cudunt et conflant. lapides
sculpunt et poliunt. ligna succidunt et dolant. telas ordiuntur et texunt.
vestes incidunt et consuunt. Edificant domos. plantant ortos. Excolunt
agros. pastinant vineas. Accendunt clibanos. Extruunt molendina.
piscantur. venantur et aucupantur. meditantur et cogitant. querelant et
litigant. diripiunt et furantur. contendunt et preliantur. Et innumera
talia ut opes congregent. ut questus multiplicent. lucra sectentur. ut
honores acquirant. ut dignitates extollant. ut potestates extollant.
Et hoc quid aliud nisi labor et mentis afflictio. Et ne michi non credat
Salomon edicat. Magnificavi opera mea. Edificavi mihi domos
et plantavi vineas. Feci ortos et pomeria et consevi ea cuncti generis
arboribus. Extruxi mihi piscinas aquarum ut irrigarem silvam lignorum germi-
nantium. Possedi servos et ancillas. multamque familiam habui. Armenta
quoque et magnos omnium greges ultra omnes qui fuerunt ante me in Jerusalem.
Cumque me convertissem ad universa que fecerant manus mee. Et ad
labores quibus frustra sudaveram. vidi in omnibus vanitatem et afflictionem
animi. Et nichil permanere sub sole :-

Omnia mortales angit anxietas. De diversis anxietatibus.
Affligit cura. Sollicitudo molestat. Metus exterret. Tremor concutit.
Error abducit. Dolor affligit. Conturbat iniuria. ~~Const~~ Constat
turbatio. Pauper et dives. Servus et dominus. Coniugatus et continens. Denique
bonus et malus. Omnes mundanis cruciatibus affliguntur. et mundanis afflictionibus
cruciantur. Experto crede magistro. Si impius fuero ve mihi. Et enim si
iustus non levabo caput. Saturatus afflictione et miseria. De miseria pauperis et divitis

Pauperes enim premuntur inedia. Cruciantur erumpna. Fame. siti.
frigore. nuditate. vilescunt. Spernuntur. et tabescunt. et confunduntur.
O miserabilis conditio mendicantis. Et si petit pudore confunditur. Et
si non petit egestate consumitur. Sed ut mendicet necessitate compellit. Deum
causatur iniquum. quod non recte dividat. proximum criminatur malignum. quod non plene
subveniat. Indignatur. murmurat. imprecatur. Attende super hoc sententiam sapientis.
Melius est enim mori quam indigere. Etiam proximo suo pauper odiosus erit.
Omnes dies pauperis mali. Fratres hominis pauperis oderunt eum. Insuper et amici
procul recesserunt ab eo. Versus. Cum fueris felix multos numerabis amicos
Versus notabiles — Tempora si fuerint nubila solus eris. Pro pudor secundum fortunam extimatur
persona. Cum potius secundum personam sit extimanda fortuna. Tam bonus reputatur
ut dives. Tam malus ut pauper. Cum potius tam malus sit reputandus
ut dives. tam bonus ut pauper. Dives enim superfluitate resolvitur. et iactantia
effrenatur. Currit ad libitum. et corruit in illicitum. sed fiunt instrumenta penarum
que fuerant oblectamenta culparum. Labor in acquirendo. timor in possidendo.
dolor in amittendo. mentem eius semper fatigat sollicitat et affligit. Ubi
enim thesaurus tuus ibi et cor tuum est. Sed de hoc plenius in sequentibus.

Servus minis terret. angariis. De miseria ~~continentis et coniugati~~ servi
fatigat plagis. ~~Operibus~~ Operibus spoliat. Nam si non habet habere
compellitur. Et si habet cogitur non habere. Culpa domini sunt servi pena. Culpa
servi sunt domini preda. Quicquid delirant reges plectuntur Achivi. Venatio leonis
onager in heremo. Sic pascua divitum pauperes. O extrema conditio servitutis.
Natura liberos genuit. Sed servos fortuna constituit. Servus cogitur pati.
Et nemo sinitur compati. a dolore compellitur. Et nemo cum dolore permittit.
Et nemo sinit compati. Miseri qui castra sequuntur. Tam miserum est
dici ipse non suus est. ut nemo sibi sit. Miseri qui castra sequuntur. Tam miserum est
aliena vivere quadra. Dominus autem si crudelis est oportet eum vereri. propter
neguiciam subiectorum. Si mitis est contingit eum contempni. propter insolentiam subditorum.
Severitas quoque metu affligit et mansuetum vilitas impendit. Nam
crudelitas parit odium. Et familiaritas parit contemptum. Familiaris

129

enim cura fatigat et domestica sollicitudo molestat. Oportet enim eum semper esse paratum, ubique munitum. Insidias preuenire oppugnantium. Iniurias propulsare. Hostes conterere. Ciues tueri. Nec sufficit diei malicia sua. Sed dies diei laborem eructuat, et nox nocti sollicitudinem indicat. Dies quoque laboriosi ducuntur. Et noctes ducuntur insompnes.

De miseria continentis et coniugati

Si potest flamma non urere, potest caro non comburere. Qui cum tumore pugnet, numquam erubescat. Ille penitus expugnat, vitia expellens, furtum usque recidit. Non omnes inquid capiunt verbum istud. Sed qui potest capere capiat. Unde cum Dominus ipse de ceteris indumentis pontificalibus iussisset ut Moyses Aaron et filios eius vestiret, de solis femoralibus non precepit. Sed ait ut ipsi femoralibus uterentur cum ingrederentur tabernaculum testimonii. Sed et apostolus inquit: Et Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi. Et iterum reuertimini in idipsum. Ne temptet vos Sathanas propter incontinentiam vestram. Melius est enim nubere quam uri. Pugnat contra continentiam angelus Sathane, qui carnalia stimulat et genuinum calorem excitat, ignem nature suggestionis flatu succendit, materiam apponit, facultatem tribuit, et opportunitatem ministrat. Pugnat et species que subito visa facile concupiscit. Unde cum David post meridiem deambularet in solario domus regie, videns ex aduerso Bersabe se lauantem, erat autem mulier pulcra valde, misit et tulit eam, dormiuitque cum illa. Porro qui cum uxore est sollicitus est que sunt mundi, et diuisus est. Distrahunt enim eum per multas angustias et in varias sollicitudines mundi, ut filiis et uxori, familiis et ancillis, necessaria querat et subministret. Dissecatur. Ut ostendit hec precipuum ornatum. Tribulationes quoque carnis habent huiusmodi. Uxor ostendit habere preciosum ornatum et variam supellectilem, ut pulcrius sit. Sepe cultus uxoris quam census mariti. Alioquin per dies et noctes suspirat et plangit, garrit et murmurat. Tria enim sunt que non sinunt hominem in domo manere: fumus, stillicidium, et mala uxor. Illa inquid ornatior procedit in publicum, hec ab hominibus honoratur. Ego misera in conuentu feminarum sola despicior a cunctis. Contempnor sola. Vult diligi. Sola laudari. Alteri amorem suum asserit odium. Alteri laudem suum dedecus suspicatur. Amandum est quod diligit. Odiendum est quod spernit. Vincere vult, sed vinci non valet. Familiam non patitur, sed dominari molitur. Cuncta vult posse, nulla vero nosse. Si pulcra fuerit facile amatur. Si feda facile concupiscit. Sed difficile custoditur [illegible] quod a multis diligitur. Et molestum est possidere quod nemo dignetur habere. Alius forma, alius ingenio, alius facetie, alius liberalitate sollicitat. Et si aliqua parte capitur, undique incensit. Equus et asinus, bos et canis, vestis et lectulus, calix etiam et urceolus prius probantur et postea comparantur. Sponsa vero vix tandem ostenditur ne prius displiceat quam ducatur. Qualiscumque casus euenerit, necessitas est habenda. Si feda, si fetida, si egra, si fatua, si superba, si iracunda, [illegible] vel quomodolibet viciosa, propter solam fornicationem, non [illegible] potest uxor a viro dimitti. Sed nec dimittens potest aliam ducere, nec dimissa potest alii copulari. Nam quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem et aliam duxerit mechatur. [illegible]

Quod si uxor a viro discessit manere debet innupta. aut viro suo reconciliari,
Similiter z vir si discessit ab uxore. quia nimis est pondus coniugii.
Nam stultus z impius est qui tenet adulteram. Et patronus est turpitudinis
qui celat crimen uxoris. Sed et si dimisit adulteram absque sui culpa punitur.
quam illa vivente cogitur continere. propter quod z discipuli xpisto dixerunt. Si ita est
causa hominis cum uxore. non expedit nubere. Quis unquam equanimiter potuit sustinere
coniugalem. Sola suspicio zelotipiarum vehementer affligit. Nam licet scriptum
sit erunt duo in carne una, zelus autem viri duos in una carne non patitur :—

Non est impiis gaudere dicit dominus. De miseria bonorum z malorum
Quia per quem peccat homo per hec z torquetur. Vidi eos qui operantur
iniquitatem. et seminant dolores. et metunt eos flante deo perisse. Et spiritu
ire eius esse consumptos. Superbia inflat. Invidia rodit. Avaricia stimulat
Ira succendit. Angit gula. dissolvit luxuria. Ligat mendacium. maculat
homicidium. Hec z cetera viciorum potentat que sunt hominis oblectamenta peccandi. Deo
sunt iusticia puniendi. Unde Invidus alterius macrescit rebus opimis. Sed invidia
Siculi non invenere tyranni. Maius tormentum. Unum enim corrupit, nam Apostolo
apostolo testante. quia autem. Quia evanuerunt in cogitationibus suis z obscuratum est
insipiens cor eorum. propter quod tradidit eos deus in desideria cordis eorum z in inmundiciam
ut contumeliis afficiant corpora sua. Et sic non probaverunt deum habere in noticia
tradidit eos deus in reprobum sensum. ut faciat ea que non conveniunt. Sed z qui pie
voluerunt vivere in xpisto persecutionem paciuntur. Sed nam ludibria z verbera experti
insuper z vincula z carceres, lapidati sunt. secti sunt temptati sunt. in occisione
gladii mortui sunt. Circuierunt in melotis, et in pellibus caprinis egentes. angustia
afflicti. quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes. In montibus. In
speluncis, et in cavernis terre. Periculis fluminum. Periculis latronum, periculis
ex genere. periculis ex gentibus. periculis ex falsis fratribus. In labore z erumpna. In
vigiliis multis. In fame z siti. In ieiuniis multis. In frigore z nuditate. In
angustiis multis. Xpistus enim abnegat semetipsum crucifigens membra sua, cum
viciis z concupiscentiis. ut mundus sibi crucifixus sit. Et ipse mundo non
habet hic manentem civitatem, sed futuram inquirit. Sustinet sicut tamquam exulium
clausus in corpore tamquam in carcere. Incola ego sum ego in terra, z peregrinus sicut
omnes. Patres mei remittite michi. ut refrigerer priusquam eam z amplius non
ero. Heu michi quia incolatus meus prolongatus est. h. c. h. c. me. i. f. m. Quis
infirmatur, et ego non infirmor. Quis scandalizatur z ego non uror. Nam peccata
hominum, fomentum sunt pistorum. Hoc est irriguum quod ~~Axa~~ Caleph filie sue
dedit in dotem.

De hostibus hominis.

Milicia quia est vita hominis super terram. ~~milicia quia~~ In non vere milicia cum multiplices
hostes semper insidient. ut capiant, expugnent, ut priuent. Demon z homo.
mundus z caro. Demon cum viciis. homo cum bestiis. mundus cum elementis

Caro cum sensibus. Caro namque concupiscit adversus spiritum. Et spiritus adversus
carnem. Vero non est nobis colluctatio tantum adversus carnem, sed adversus spiritualia
nequitie in celestibus, adversus Rectores tenebrarum. Nam et adversarius noster diabolus
tanquam leo rugiens circuit querens quem devoret. Accendunt ignea tela nequissima.
Mors ingreditur per fenestras. Oculus animam depredatur. Pugnat orbis terrarum
contra insensatos. Gens contra gentem, et regnum adversus regnum. Terremotus
magni per loca, pestilentie, fames terrores que de celo, z tempestates. Terra
producit spinas et tribules. Aqua procellas z fluctus. Aer tempestates.
Genes. et tonitrua. Ignis coruscationes z fulgura. Maledicta igitur terra in opere tuo.
Spinas et tribullos germinabit tibi. In sudore vultus tui vesceris pane
tuo. Donec revertaris in terram. De qua sumptus es. quia terra es, et in terram ibis.
Insidiatur aper de silva. et singularis ferus depascit. Lupus et vulpis.
Pardus et leo. Tigris z honager. Corrodrilus, et Griffes. Serpens
et coluber. Bassilius z aspes. Cerastes z dracho. Scorpiones.
et vipere. Rane z lendes z pulices, Cimices at pediculi. Scinifes
z muscke. Scarabones, z vespe. pisces z volucres. Nam z creati
sumus. ut dominarem piscibus maris, z volucribus celi. Et universis que
moventur in terra. Nunc autem. dominamur illis. In predam damur in escam.
Scriptum est enim dentes bestiarum immittam in eos. etc. ter. G. T.

De carcere anime.

Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius.
Nam
ecce non vult educi de carcere, qui non vult exire de corpore.
carcer anime corpus est. z de quo dicit propheta. Educ de carcere animam meam. Nunquam
est dies z tranquillitas, nunquam pax z securitas. Ubi timor z tremor. Ubique
labor z dolor. Caro dum vivit dolebit. Et anima super semetipsam lugebit.

De brevi leticia.

Quis unquam vel unicam diem in sua duxit
delectatione iocunda. Quem in aliqua parte diei reatus conscientie, vel
impetus ire, vel motus concupiscentie non turbaverit. Quem livor
invidie. vel ardor avaritie, vel tumor superbie non vexaverit. Quem aliqua
iactura vel offensa, vel passio non commoverit. Quem denique visus vel
auditus, vel actus aliquis non offenderit. Rara. Avis in terris nigroque
simillima cigno. Audi super hoc sapientem sapientis. A mane usque
Salomon ad vesperam mutabitur tempus. Cogitationes sibi vane succedunt.
Et mens rapitur in diversa. Tenent tympanum z cytharam. Et
gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos Et in
puncto ad infernum descendunt.

De inopinato dolore.

Semper enim mundane leticie, tristicia repentina succedit. Et quod
incipit a gaudio desinit in merore. Mundana enim felicitas
multis amaritudinibus est respersa. Noverat ille qui dixerat,

Risus in dolore miscebitur . et extrema gaudii luctus occupat . Mortui
sunt et liberi Job . qui cum comederent et biberent vinum in domo fratris sui
primogeniti . Repente ventus vehemens irruit a regione deserti / et concussit
Salomon quatuor angulos domus que corruens / universos oppressit morte . Leticia qua pater
agebat versa est in luctum . Cithara mea in organum meum . in vocem flentium .
Melius est ire ad domum luctus quam ad domum convivii . In die bonorum ne immemor
sis malorum . Memorare novissima tua et in eternum non peccabis . De vicinitate mortis :—

Semper dies ultimus primus / et numquam dies primus ultimus reputatur . Cum ita semper
vivere deceat . tamquam mori semper oporteat . Scriptum est enim . Memor esto quoniam mors
non tardabit . Et post prius / et mors appropinquat . Mille anni ante oculos morientis
tamquam dies externa que preteriit . Semper enim futura nascuntur . Semper presentia moriuntur .
Et quicquid est preteritum / totum est mortuum . Morimur ergo semper dum vivimus . Ex tunc enim
desinimus mori / dum desinimus vivere . Melius est ergo mori vite / quam vivere morti . Quia
Salomon nichil est vita mortalis . nisi mors vivens . Salomon laudavi magis mortuos
quam viventes . et utroque feliciorem iudicavi . qui nondum natus est . Vita velociter fugit .
et retineri non potest . Mors autem instanter occurrit / et impediri non valet . Hoc est
illud mirabile . quod quanto plus vita procedit tanto magis ad finem accedit / Et quanto
magis crescit / tanto magis decrescit . De terrore somniorum :—

Tempus quod quieti concessum est / non concedit esse quietum . Nam terrent sompnia . visiones conturbant
Et licet non sint in veritate terribilia / vel terribilia . seu laboriosa que sompniant sompniantes
tamen in veritate terrent / terrent et fatigant . in tantum ut dormientes / aliquando lacriment .
Et vigilantes sepissime conturbentur . Si vero iocundum quod videtur / nichilominus
evigilantes tristentur . tamquam illud amiserint . Nunc ergo quod super hoc dicit Eliphat Themanites
Eliphat . In orrore visionis nocturne / cum solet sopor occupare homines / pavor tenuit me .
et tremor . et omnia ossa mea perterrita sunt . Et cum spiritus me presente transiret .
Job . inhorruerunt pili carnis mee . Considera Job dicentem . Si dixero consolabitur me
lectus meus / et relevabor loquens mecum / in stratu meo . terrebis me per sompnia
Et per visiones orrore concuties . Nabuchodonosor sompnium vidit quod eum valde perterruit
Et visiones capitis eius conturbaverunt eum . Multas curas sequuntur sompnia / Et ubi
multa sompnia plurime vanitates . Multos errare fecerunt sompnia . Et exciderunt
sperantes in illis . Apparent enim in sompnis turpes frequenter ymagines ex quibus per
illusiones nocturnas / non solum caro polluitur . Sed etiam anima maculatur . Unde dominus
Leviticus . in Levitico . Si fuerit inter vos qui nocturno pollutus sit sompno . Egrediatur extra
castra . et revertatur / Et priusquam ad vesperam lavetur aqua . Et post solis occasum .
revertatur ad castra . De compassione :—

Quanto dolore turbamur . quanto tremore concutimur . cum amicorum dampna
sentimus . Cum parentum pericula formidamus . plus interdum simus
formidine quam infirmus egritudine perturbatur . plus iste voluntarius affectu doloris
Ovidius . quam ille invitus effectu languoris affligitur . Vere est illud poeticum / Res est soliciti
plena timoris amor . Cum pectus tam ferreum / cuius cor tam lapideum
ut gemitus non exprimat . lacrimas non effundat / cum proximi vel amici morbum

vel interitum intuetur. Et patienti non compatiatur. Et dolentibus non condoleat.
Ipse Jhesus cum vidisset Mariam et Iudeos qui cum ea venerant ad monumentum
plorantes infremuit spiritu et turbavit se metipsum et lacrimatus est. Sed eo
potius quod mortuum ad miserias vite revocabit. Sciat autem se culpabiliter
agere et dure culpabilem qui corporalem amici sui mortem non deplorat
et spiritualem anime sue mortem non deflet. Innumere sunt egritudines hominum

Masthulis tot egritudinum genera. Tot species passionum fisicalis industria
potuit indagare quot humana fragilitas potuit sustinere. Tollerabilem
dixerim morborum tollerantiam. Immo intollerabilem dixerim tollerantiam
melius utrumque dixerim. Nam et intollerabilis est propter passionis acerbitatem
et tollerabilis propter patientie necessitatem. De die in diem magis ac magis
humana natura corrumpitur. Ita quod multa fuerunt olim experimenta salubria
que propter defectum corporis hodie sunt mortifera. Senuit iam mundus, ut
macrocosmus et microcosmus et quanto prolixius utriusque senectus producit
tanto deterius utriusque natura turbatur. De subbitis fortunis.

Subbito cum suspicatur infortunium accedit. Calamitas irruit
morbus invadit. Mors interripit qua nullus evadit. Ergo
ne glorieris in crastinum ignorans enim quid superventura pariet
dies. Nescit homo finem suum. Sed sicut pisces capiuntur de hamo
et sic aves comprehenduntur laqueo sic capiuntur homines tempore Cum malo
eis ex templo supervenerit. De diversis generibus tormentorum

Quid dicam de miseris qui propter crimina gravia puniuntur. Ceduntur fustibus
et gladiis iugulantur. Cremantur flammis. Et lapidibus obruuntur.
discrepant ungulis et laqueis sugillant. detruduntur carceribus.
Et ieiuniis macerantur. Precipitantur et submerguntur. Excoriantur
et distrahuntur. Secantur, foduntur. Qui ad mortem ad mortem
ad gladium ad gladium. Et qui ad famem ad famem. Et ad
captivitatem ad captivitatem crudele iudicium. Inmane supplicium
Et triste spectaculum dat in escam volatilibus celi, bestiis terre, et
piscibus maris. Heu. Heu. Heu. Misere matres que tam infelices
filios genuistis. De quodam orrendo facinore.

Illud hic oribille facinus libet inserere. Quod Josephus de
Iudaica obsidione describit. Mulier quedam facultatibus et genere
nobilis cum cetera multitudine que confluxerat Jerosolimam
Coacta cum viris obsidionis calamitatem ferebat. Huius reliquas facultates
quas de domo in urbem convexerat tyranni permixti invaserunt
Sed quod vero reliquarum ex magnis opibus fuerat quibus victum

cottidianum per tenuem ductum irruentes per momenta predonum satellites rapiebant, per quod ingens mulierem indignatio quedam infama fatigabat, ita ut interdum predones in necem sui maledictis et iniuriis instigaret. Verum cum nec irritatus quisquam nec miseratus perimeret, et si quod forte cibi fuisset ab illa quesitum ab aliis quereret, nec iam usquam fieret copia regrendi. Fames autem dira visceribus insisteret ac medullis, et ad furorem iam famis inedia perurgeret, pessimis versa consiliis contra ipsam iam armatur iura nature. Erat enim ei sub uberibus parvulus filius, quem ante occullos ferens infelicius inquid matris o infelicior fili, in bello, fame ac direptione predonum, cui te reservabo? Nam et si possit vita sperari, iugo iam Romane servitutis urguemur. Veni ergo nunc, o mi nate, esto matri cibus, predonibus furor, seculis fabulla, que sola deerat cladibus Iudeorum. Et cum hec dixisset, optimum filium iugulavit. Tum deinde igni suppositum ... mediam partem comedit, medium quod superest ... obtectum foret. Et ecce confestim predones irruerunt, et adusti carnis odore percepto matrem minantur nisi sine mora cibos quos paratos sensissent demonstraret. Tum illa, partem vobis optimam reservavi. Et continuo quod superfuerat membra detexit infantis. At illos repente ingens orror invasit, et in mamis ... obriguere voces faucibus inclusa. Illa vero truci vultu et ipsis iam predonibus truculentior: meus inquid filius, meus partus est, meum est facinus. Edite, nam ego prior comedi quem genui. Nolite vos effici aut matre religiosiores aut femina molliores. Quod si vos pietas vincit et meos execramini cibos, ego iam talibus pasta sum, ego iterum pasta post hoc. Illi territi tremente(s) discedunt, quod hunc solum ex omnibus facultatibus miserere matri cibum reliquerant.

De pena morientis

Nemo se confidat exemptum a pena, quia non se novit immunem a culpa. Qui stat videat ne cadat. Nam sepe dampnat innocentes et nocentes absolvit, pios punit, et impios honorat. Iesus crucifigitur et Barabas liberatur. Hodie vir generosus inutilis, vir religiosus ypocrita, vir simplex fatuus reputatur. Deridetur enim iusti simplicitas. Lampas contempta apud cogitationes divitum.

Secunda pars huius libri

Tria solent maxime homines affectare, opes, voluptates, vel honores. De opibus prava, de voluptatibus turbia, de honoribus vana procedunt. Hinc est, Iohannes apostolus ait: Nolite

dilligere mundum, neque ea que sunt in mundo. quia quicquid in mundo,
concupiscientia carnis est. Et concupiscientia occulorum / et superbia
vite pertinet ad honores. Opes generant cupiditatem et avariciam
voluptates pariunt / gulam et luxuriam. honores nutriunt superbiam
et iactanciam. :– De cupiditate .

Nichil est iniquius avaro scelestius. nichil iniquius quam amare pecuniam
verbum est sapientis. quod confirmat apostolus dicens. Qui volunt
divites fieri incidunt in temptationes. Et in laqueum dyaboli.
Et desideria multa, et inutilia que mergunt homines ad interitum.
et in perdicionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Nam
sacrilegia committit et furta. rapinas exercet et predas. Bella
gerit et homicidia. Symoniace vendit et emit. Inique petit et
recipit iniuste. Negociatur et fenerat. Instat dolis et imminet
fraudibus. Dissolvit pactum. et violat iuramentum. Corrumpit
testimonium. et pervertit iudicium. :– De iniquis muneribus. :–

Consule prophetam. Evangelium ysaiam. Omnes iniqui dilligunt
munera. Secuntur retributiones. Pupillo non iudicant. Causa
vidue non ingreditur ad eos. Non enim precedunt retributiones.
quia non iudicant amore iusticie. Sed retributiones precedunt
ipsos. quia iudicant amore pecunie. Semper enim sectatur largitiones
vel promissionem / vel spem. Et ideo pupillo non iudicatur a quo nichil
largitur / aut promittit / aut sperat. O principes infideles / socii
furum quicumque dilligitis munera. sequimini retribuciones, nunc
excutientes manum a munere, nisi prius excludatis cupiditatem
a pectore. De vobis iniquis propheta. principes eius quasi lupi rapientes
predam. et avare sectantes lucra. principes eius in muneribus
iudicabant. Et sacerdotes eius in mercede docebant. et prophete
eius in pecunia divinabant / Et ergo Dominus per moysen precepit in
lege. Iudices et magistros constitues in omnibus portis tuis, ut iudicet
populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent. Non accipies
personam nec munera. quia munera excecant occulos sapientum
et mutant verba iustorum. Sed iuste quod iustum est persequaris.
ut vivas. Duo dicit iustum et iuste, quidam enim iuste quod iustum
est. alii quod est iniustum, iniuste persequntur quidam iniuste, quod iustum
est. Alii iustum quod iniustum est persequntur.

Ve vobis qui corrupti prece vel precio, qui tracti **De accepcione personarum.**
amore vel odio. dicitis bonum malum, et malum bonum. Ponentes
tenebras lucem. et lucem tenebras. Mortificantes animas que non moriuntur.
Et vivificantes animas que non vivunt. Vos enim non attenditis merita causarum.
Sed merita personarum. Non iura sed munera. Non iusticiam sed pecuniam. Non
quod racio dictet. sed quod voluntas affectet. Non quod lex sentiat. Sed quod
mens capiat. Non inclinatis animum ad iusticiam. sed iusticiam inclinatis
ad animum. Non quod liceat hoc libeat sed ut liceat hoc quod libet. Nunquam in
vobis ita simplex est ~~animus~~ oculus ut totum corpus sit lucidum. Sed
aliquid semper admiscetis fermenti, quo totam massam corrumpitis, pauperum
causam, cum mora negligitis. Divitum causam cum instantia, promovetis,
In illis rigorem ostenditis. Cum istis in mansuetudine dispensatis
Illos cum difficultate respicitis. Istos cum favore tractatis. Illos negligenter
auditis Istos subtiliter auscultatis. Clamat pauper, et nullus exaudit
Loquitur dives, et omnes applaudunt. Dives locutus est. et omnes tacuerunt. Et
verbum illius usque ad nubes perducent. Pauper locutus est. Et dicunt quis est
hic. Et si offenderit subvertent illum. Clamat vir paciens, et nullus
exaudit. Vociferatur, Et non est qui iudicet. Sed si forte pauperum causam
suscipitis illos remisse fovetis. Cum autem divitum causam assumitis
illos pertinaciter adiuvatis. Pauperes despicitis. Divites honoratis. Istos
venientes assurgitis Illos despicabiliter conculcatis. Si introierit
In conventu vestro vir aureum habens anullum, in veste candida introierit
Et pauper in sordido habitu, et intendatis in eum, Et indutus est veste
preclara, et dixeritis ei, tu sede hic bene. Pauperi autem dicatis tu sta
illic. aut sede sub scabello pedum meorum. Nonne iudicatis apud vos
metipsos. Et facti estis iudices cogitationum iniquarum. De vobis enim
et contra vos dicit propheta. Magnificati sunt et ditati, et incrassati sunt, Et
impinguati, causam pupilli, non direxerunt. Et iudicium pauperum, non
iudicaverunt. Sed in lege precipitur. Nulla erit distantia personarum. Ita
parvum audietis ut magnum, nec accipietis cuiusquam personam. quia Dei iudicium
est. Non est enim personarum acceptio apud deum. **De vendicione iusticie**

Vos autem nec graciam gratis datis. Nec iusticiam iuste redditis, quia non
venit, non provenit. Nec datum non vendatur. Sepe iusticiam tamen differtis
quod litigantibus plus quam totum aufferetis. quia maior est sumptus quam
expense quam fructus sine. Quid autem in districto iudicio poteritis
respondere. qui precepit gratis accepistis, gratis date. Lucrum in archa
dampnum in consciencia, pecuniam captatis. Et animam captivatis. Verum quid
proderit homini si mundum universum lucretur anime vero sue detrimentum patiatur
Aut quam dabit homo commutacionem pro anima sua. Fiat non redimet

homo non dabit deo placationem suam / et precium redemptionis anime sue
laborabit in eternum / et vivet in finem. Audite divites quid contra vos.
Jacobus apostolus ait. Agite nunc divites. plorate ululantes in miseriis
vestris, que advenient vobis. divicie vestre putrefacte sunt. Et vestimenta
vestra a tineis comesta sunt. Aurum et argentum vestrum eruginavit. Et
erugo eorum erit vobis in testimonium. Et manducabit carnes vestras /
sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in novissimis diebus. Ecce
merces operariorum qui messuerunt regiones vestras. que fraudata est a vobis
Clamat / et clamor ipsorum in aures domini sabaoth introivit. Propterea
veritas precipit. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Ubi erugo
et tinea demolitur. Ubi fures effodiunt et furantur etc. *De insaciabili desiderio cupidi*

O Ignis inextinguibilis / Cupiditas insaciabilis. quia numquam cupidus
voto fuit primo contentus. Cum adipiscit quod adoptaverit / ampliora
semper in votis. Et numquam in habitis finem constituit /. Insaciabilis
est oculus cupidi. et in partem iniquitatis. Non saciabitur. Avarus
non implebitur pecunia. Et qui amat pecunias / fructum non capiet ex eis /.
Infernus et perdicio numquam replentur / similiter et oculi hominum insaciabiles.
Sanguisuge / due sunt filie. dicentes / Affer. Affer. *Quare cupidus saciari non potest*
Nam crescit amor nummi. quantum ipsa pecunia crescit.

Vis cupide scire quare semper es vacuus. Numquam impleris. Adverte
non est plena mensura / que quantumcumque contineat adhuc capax
est amplioris. Sed humanus animus capax est dei. Quoniam qui
adheret deo. unus spiritus est cum eo. quantumlibet igitur contineat et numquam est
plenus nisi deum habeat cuius semper est capax. Si vis igitur cupide
saciari desinas esse cupidus. Quia dum cupidus fueris saciari
non poteris. Non est enim conventio luci ad tenebras / Neque Christi
ad Belial. Quia nemo potest deo servire et mamone: *De falso nomine diviciarum.*

O falsa diviciarum felicitas. que divitem veraciter efficit infelicem. Quid
est falsius quam opes mundi: divicie nuncupantur. Opposita sunt esse
divitem et egenum. At opes mundi non auferunt sed afferunt
egestatem. Magis enim sufficit modicum pauperi quam plurimum diviti.
Quia ubi multe divicie, multi et qui comedunt illas. Quod et quantis
magnates indigeant ipsemet frequenter experior. Opes itaque
non faciunt divitem sed egenum. *Exempla contra cupiditatem.*

Quam multos seduxit cupiditas. quam plures avaricia. Balaam
asella redarguit, et pedem sedentis atrivit. quia captus cupidie
promissorum disposuerat maledicere populo. Achor populus lapidavit.

et murenulas. et olfactoriola. et in aures et anulos, et
gemmas in fronte pendentes. et mutatoria. et palia et linteamina
et acus, et specula. et sindones. et vitas, et teristra. Et
erit pro suavi odore fetor, et pro zona funiculus, pro crispanti crine,
Calvicium, Et pro fascia pectorali Cilicium. Ecce iusta redditur
pena pro culpa, ut in eo puniantur in quo peccaverunt. Ad hunc sup
hys alium audi prophetam. O tyre byssus varia de Egipto texta
est tibi vinclum. Iacinctus et purpura de insulis Elisa facta sunt
vestimentum tuum, dentes eburneos, et ebeninos, commutaverunt
in pretio tuo gemmam et purpuram. et scutulata. et byssum et sericum
et cochinum, proposuerunt in mercato tuo. Dedan institores tui.
in tapetibus ad sedendum, et repleta es, et glorificata es nimis.
Sed nunc contrita es in mari. Et in profundis aquarum opes tue
ad nichilum deducta es. Et non eris usque in perpetuum. Qui plus defert
vestibus quam virtutibus

Cum quidam philosophus in habitu contemptibili,
principis aulam adiisset. Et diu pulsans non fuisset admissus
Sed quotiens contigisset ingredi, totiens contigisset repelli, mutavit
habitum, assumpsit ornatum. tunc ad primam vocem, aditus patuit
venienti. Qui procedens ad principem pallium quod gestat, cepit
venerabiliter osculari. Super quo princeps admiratus, quid hic
ageret, exquisivit. Philosophus igitur respondit honorantem honoro. quia
quod virtus non potuit, vestis obtinuit. O vanitas vanitatum
plus honoris defert vestibus quam virtutibus. De fucatione colorum

Artificialis species supponitur naturali. tamquam flos artificum artem
superet Creatoris. Non sic considerate inquit lilia agri, quomodo
crescunt et non laborant neque nent. Dico autem vobis quia nec
Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unus ex istis. Absit ut
adulterinus color comparabilis sit nativo. quinimmo cuius facies
adulterino colore fucatur, os abhominabili fetore corrumpit. Universa
vanitas, omnis homo vivens. Quid enim vanius est, quam plectere
crines. crispare cesariem. tingere genas. ungere faciem
protrahere supercilia. cum quidem fallax sit gratia, Et vana sit pulcritudo
vis caro fenum, Et omnis gloria eius quasi flos feni. cum tamquam fenum

veloci arescit. Et sicut olera herbarum cito cadit. Sit aute ornatum
psone preteream. ne maligniis q veri. videam aliquos succresscere/
qd magnus q ornare mensam mantillibus picturatis. Cultellis
Ebore marmatis. vasis aureis. vasellis argenteis/ Cuppis et
napis. Buchalibus. et gradalibus. Scutellis et choclearibus. fircinollis
et salariis. barillibus et brezollis. Capsulis/ et flabellis. Quid
post pingere cameras/ ditare picturas. Palcare vestibulum.
Substernere pavimentum. Componere lectum inflatum plumis. opertum
sericis. obductum cortinis. Sint etiam canopeo. Scriptum est enim
Non cum morietur/ accipiet. hec omnia/ neque descendet/ cum eo gloria
domus eius. Non est qui de cordis mundicia valeat gloriari. quoniam in
multis offendimus omnes. Et si dixerimus quia peccatum non
habemus/ nos ipsos seducimus. Et veritas in nobis non est.
Quis est qui nil illud valeat dicere cum apostolo. Nichil michi
conscius sum. sed in hoc iustificatus non sum. Quis est hic et
laudabimus eum. Ecce inter sanctos nemo est immutabilis. Celi
non sunt mundi in conspectu eius Et in angelis suis reperit pravitatem.
Quanto magis abhominabilis est/ et inutilis homo. qui bibit
quasi aquam iniquitatem. Penituit quoque dominum. quod fecisset hominem in terra.
eo quod multa esset hominum malicia super terram. Et cuncta cogitatio
hominis omni tempore ad malum intenta. Et ideo tactus dolore cordis
intrinsecus delevit hominem quem creavit. Porro superhabundavit
iniquitas et refrigescit caritas multorum. Omnes declinaverunt simul
inutiles facti sunt. Non est qui faciat bonum non est usque ad unum.
Tota pene vita mortalium mortalibus est plena peccatis. Sit vix
valeat inveniri qui non declinet ad sinistram. qui non revertatur ad
vomitum/ qui non computrescat in stercore. quin potius gaudent/ cum
male fecerint. Et exultant in rebus pessimis. Repleti omni
iniquitate. malicia fornicatione/ avaritia/ nequitia/ plenis invidia
homicidiis/ contentione dolo malignitate. Susurrones detractores

deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum,
parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione,
absque federe, sine misericordia. Talibus et peioribus mundus iste
semper habundat: hereticis et scismaticis, perfidis et tyrampnis,
symoniacis et ypocritis, ambiciosis et cupidis, raptoribus
et predonibus, violentis et exactoribus, usurariis et falsariis,
impiis et sacrilegis, proditoribus et mendacibus, adulatoribus et
fallacibus, garrulis et versutis, gulosis et ebriosis, adulteris
et incestuosis, mollibus et immundis, pigris et negligentibus,
vanis et prodigis, impetuosis et iracundis, impacientibus et
instantibus, veneficis et auguribus, periuris et execratis,
presumptuosis et arrogantibus. Demum bibulis viciis retitus,
sicut deficit fumus deficiet. Et sic fluit cera a
facie ignis, ita peccatores peribunt. Explicit liber secundus.

Incipit liber tertius. De putredine cadaverum

Exibit spiritus eius et revertetur in terram suam. In illa die peribunt
omnes cogitationes eorum. Quot et quanta mortales de
mundane possessionis incertitudine cogitant. Sed sub rapiete
mortis articulo repente cuncta que cogitaverant evanescunt,
sicut umbra cum declinat ablati sunt et excussi sunt sicut
locusta. Exibit ergo spiritus non voluntarius sed invitus, quia cum
dolore dimittit que cum amore possedit. At velit nolit
constitutus est ei terminus quem preterire non poterit. In quam terram revertetur?
In terram. Scriptum est enim: Terra es et in terram ibis.
Fatale siquidem est ut materiatum in materiam resolvatur.
Auferet ergo spiritum eorum et deficient et in pulverem suum revertentur.
Cum autem morietur homo, hereditabit cum bestias, serpentes et
vermes. Omnes enim in pulvere dormient, et vermes operient
eos. Sicut vestimentum sic comedet eos vermis, et sic lanam

sic devorabit eos tinea. quasi putredo consumendus sum. Et quasi vestimentum quod comeditur a tinea. Putredini dixi. Pater meus es. Mater mea et soror mea vermibus. Homo putredo, et filius hominis vermis, quam turpis pater, quam vilis mater, quam abhominabilis soror. Conceptus est homo per ardorem libidinis. Sanguine putrefacto cuius tandem cadaveri quasi funebres vermes assistent. Vivus genuit pediculos et lombricos. Mortuus producet putredinem et fetorem, vivus hominem unicum impinguavit. Quid ergo fetidius humano cadavere. Quid orribilius homine mortuo. Cui gratissimus erat amplexus in vita, molestus erit etiam aspectus in morte. Quid ergo prosunt divicie, quid epule, quid delicie. Non liberabunt a morte. Non deffendent a verme. Non eripient a fetore. Qui modo sedebat gloriosus in throno, modo iacet despectus in tumullo. Qui modo fulgebat ornatus in aula, modo sordet nudus in tumba. Qui modo vescebat delitys in cenaculo, modo consumitur a vermibus in sepulcro.

De tristi memoria dampnatorum

Vindicta carnis impii, vermis et ignis. utrumque duplex. Interior qui rodit et urit cor, exterior qui rodit et urit corpus. Vermis inquid eorum non morietur. Et ignis non extinguetur. Dabit dominus ignem et vermes in carnes eorum, ut urantur et sentiant usque in sempiternum. Vermis conscientie tripliciter laborabit. Affliget memoria. Turbabit conscientia. Torquebit angustia. Venient enim in cogitatione peccatorum suorum timidi. transibunt et illos ex adverso impietates eorum dicentes. Quid profuit superbia nobis, et iactantia diviciarum quid contulit. Transierunt omnia illa tamquam umbra. Sic navis que pertransit fluctuantem aquam, cuius cum preterierit non est invenire vestigium. Sic et nos nati continuo desinimus esse. Virtutis quidem nullum signum valemus ostendere. Sed in malignitate nostra consumpti sumus. Cum ingenti turbatione cogitabant, que cum nimia delectatione gesserunt, ut stimulus memorie pungat ad penam, quos acculeus nequitie stimulavit ad culpam.

De inutili penitentia dampnatorum.

Dicent intra se penitentiam agentes, erravimus a via veritatis et iustitie. lumen non illuxit nobis. Tunc incipient dicere montibus cadite super nos. et collibus operite nos. penitebunt

ad penam · ~~quos accuseris~~ Sz non gaudent ad veniam · Iustum
est enim · ut qui noluerunt cum potuerunt · Cum velint non possint
Dedit enim deus eis locum penitendi · Et ipsi abusi sunt eo ·
Propterea dives ille · qui cruciabatur in flamma dicebat ad abraam ·
Rogo te pater · ut mittas lazarum in domo patris mei · habeo enim
quinque fratres ut testetur illis ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum
Cum cum abraam respondisset ~~habent~~ moysen et prophetas · audiant
illos · Subiunxit non pater abraham · Sz si quis ex mortuis ierit
ad eos penitentiam agent · Agebat et ipse penitentiam in inferno ·
Sz quia ipse cognoscebat illam inutilem rogabat ut annunciaret
hoc fratribus quatenus agerent penitentiam in hoc seculo fructuosam ·
quia tunc possent hoc peniteri cum possent ipse peccare · De angustia dampnatorum

Videntes turbabuntur timore orribili / et mirabuntur ~~gentes~~
gementes · et pre angustia spiritus dicentes · hii sunt quos
aliquando habuimus in derisum et in similitudinem improperii ·
Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam · Et finem illorum
sine honore · Ecce quomodo computati sunt inter filios dei · Et inter
sanctos sors illorum est · Supplicium erit malorum intueri gloriam
~~bo~~ beatorum · licet forte post finem iudicii · Beati quidem visuri
sunt ~~malorum intueri~~ reprobos in tormentis secundum illud · Letabitur
iustus cum viderit vindictam impiorum · Reprobi quidem non sunt
visuri beatos in gloria · secundum illud · Tollatur impius ne videat
gloriam dei · Talia dicent · in inferno peccatores · quoniam spes impii
tamquam lanugo est que a vento / Et tamquam fumus a vento diffusus ·
Et tamquam memoria hospitis unius diei · De igne gehenali ·

Ignis gehenne mire · Ignis nutritur · Nec flatu succenditur · Sz a
deo creatus · inextinguibilis · ab origine mundi · Preparatum est
Devorabit eum ignis · qui non succenditur · Creditur autem sub
terris secundum illud propheticum · Infernus subtus conturbatus est in
occursum adventus tui · Sz et omnis locus reprobis est penalis ·
qui semper secum deffert cruciatum · Et ubique ipse tormentum
patitur · Producam igitur ignem de medio tui · qui comedat te ·

Ignis autem gehenne semper ardebit et nunquam lucebit. Semper uret et nunquam consumet / Semper affliget / et nunquam deficiet / est enim apud inferos summa tenebrarum obscuritas. Immensa penarum acerbitas. Infinita miseriarum eternitas. Ligatis manibus et pedibus et membris mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus / et stridor dentium Singula membra pro suis peccatis propria sustinebunt tormenta / ut in eo puniantur in quo peccaverant. Scriptum est enim. Per que peccat homo per hec et torquetur. Unde qui in lingua peccavit cruciabitur in lingua. propter quod ipse clamabat patrem abraam. miserere mei. mitte lazarum ut intingat extremum digiti sui in aqua ut refrigeret linguam meam. quia crucior in hac flamma.

De tenebris inferni.

Reprobi vero non solum exterioribus sed interioribus tenebris involuentur. quia spirituali pariter et corporali luce carebunt. Scriptum est et enim tollatur ne videat gloriam dei. Talia dicent in inferno peccatores. ergo solis erit in lucem sempiternam Tantam autem in penis reprobi tolerabunt angustiam ut vix aliquid cogitare valeant / preter penas. Sed illuc dirigent impetum cogitationis ubi sentient vim doloris. Narratur discipulus quidam fertur apparuisse magistro post mortem. Quem cum intellexisset magister esse dampnatum quesivit ab eo. Si alique questiones apud inferos verterentur qui dicitur respondisse apud inferos quia quod solum nunc non sit pena. Sed et Salomon ait. Nec opus nec ratio / nec sapientia. Nec scientia est apud inferos. quo tu properas. Erit enim. Reprobis tanta mentis oblivio / tanta cecitas animi / tanta confusio rationis. ut raro vel nunquam / ad cogitandum de deo. quemquam possit assurgere. Nedum ad cogitandum valeat respirare / nam a mortuo tamquam ab eo qui non est periit confessio. Scriptum est enim. Non mortui laudabunt te domine / neque omnes qui descendunt in infernum. Non infernus confitebitur. neque mors laudabit te.

Salomon.

De confusione penarum in

De confusione penarum.

Dimitte me dicit Job. ut plangam paululum. dolorem meum. Ante
quam vadam et non revertar. ad terram tenebrosam. et opertam mortis.
caligine. terram miserie et tenebrarum. ubi umbra mortis. Et nullus
ordo sed sempiternus orror inhabitat. Ordo quidem erit in quantitate penarum.
Quoniam in qua mensura mensi fuerint remecietur eis. ut qui gravius peccaverint
gravius puniantur. Potentes enim potenter tormenta patientur. Sed ordo non
erit in qualitate eorum. quia de aquis nivium transibunt ad calorem nimium.
ut subita contrariorum mutatio inferat lesionem. sive cruciatum.

Sicut oves in inferno positi sunt. **De indeficientia tormentorum in**
et mors depascet eos. dictum est hec. a simili iumentorum. que non
radicitus herbas evellunt sed summitates tantum modo carpunt
ut iterum herbe renascantur ad pastum. Sic et impii. quasi morte depasti
reviviscent ad mortem ut eternaliter moriantur. Sic presumptio semper
quia renascens non perit ut possit sepe perire in eternum. Tunc erit
mors immortalis. tunc vivent mortui. qui vite sunt mortui. Querent
mortem et non invenient. qui vitam habuerunt et perdiderunt. Audi Johannem
in apocalipsi dicentem. In diebus illis querent homines mortem Et
invenient eam. desiderabunt mori et fugiet mors ab illis. O
mors. quam dulcis esses quibus tam amara fuisti. Te solam desiderant
optabunt. qui te solam vehementer odierunt. **Quod reprobi numquam liberabuntur a penis.**

Nullus ergo sibi blandiatur et dicat. quia deus non in finem
irascetur. neque in eternum indignabitur. Sed miserationes eius super omnia
opera eius quia cum iratus fuerit. non obliviscetur misereri. Nec quicquam
eorum que fecit odiuit. Assumens argumentum erroris. quod ait dominus per ysayam.
Congregabuntur in congregatione unius fasces in lacum. Et claudentur
in carcere. Sed in inferno in quo sine corporibus usque ad diem iudicii
torquebuntur. Et post multos dies postquam resurgent cum corporibus
in novissimo die visitabuntur. Non ad salutem. Sed ad vindictam.
Quia post diem iudicii gravius punientur. Sic et alibi dicitur. Visitabo
in virga iniquitates eorum. Et in verberibus peccata eorum per desinatis.
Ergo deus irascitur temporaliter quia flagellat omnem filium quem recipit.
de quibus illud accipitur. Non in finem irascetur nobis. Reprobis autem
deus irascitur eternaliter. quia iustum est. ut qui impius in suo pro voluntate
eterno deus usque sedeat in suo. Nam licet peccandi facultas illum
dimittat. ipse tamen non dimittit voluntatem peccandi. Receptum

est enim. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Non humiliabunt reprobi iam desperati de venia. Sed malignitas odii tamen in illis excrescet ut et velint illum omnino non esse per quem sciunt se tam infeliciter esse. male dicent altissimo, et blasphemabunt excelsum. et conquerentes eum esse malignum. qui creavit illos. ad penam. et numquam pertinet ad veniam. Audi Iohannem in apocalipsi dicentem. grando magna descendit de celo in homines. Et blasphemaverunt homines deum propter plagam grandinis. quia magna facta est vehementer. Voluntas quoque dampnati, licet amiserit potestatis effectum. semper tamen habebit malignitatis affectum. Et ipsa erit in inferno supplicium. que fuerat in mundo peccatum. ut forsan. Et ibi peccatum sit. Sed non meritum pene. Impius quoque semper habebit reatum ex culpa semper sentiet ipse cruciatum. ex pena, quia quod ipse per misericordiam non delevit deus, per indulgentiam non remittet, ad magnam quoque pertinet iusticiam iudicantis, ut numquam careat in gehenna supplicio. Qui numquam caruerunt in vita peccato. voluissent utique si potuissent sine fine vivere ut potuissent sine fine peccare dum vivunt.

Testimonia de suppliciis eternalibus.

Quis inquit ysayas poterit habitare de vobis cum ardoribus sempiternis [Ysay]as. Isti fumus erunt in furore. quodo ignis ardens tota die. Nocte et die non extinguetur. Sed ascendet fumus eius in sempiternum.

[Ie]remias. Jeremias. Dabo vos obprobrium sempiternum, et ignominiam eternam. que numquam oblivione delebitur. [D]aniel. Daniel. Qui dormierunt in terre pulvere evigilabunt. Alii in vitam eternam, alii in obprobrium ut videant semper. [S]alomon. Salomon. Mortuo homine impio, nulla spes erit de eo. hinc exemplo veniet perdicio sua. Et subito conteretur, Nec habebit ultra medicamentum. [Iohann]es apostolus. Johannes apostolus. Siquis adoraverit bestiam, et ymaginem eius hic bibet de vino ire dei. Cruciabitur igne et sulphure. Et fumus tormentorum ascendet in secula seculorum. Nec habebunt requiem die ac nocte. qui adoraverunt bestiam et ymaginem eius. [Iesus] Christus. Confirmatur hec veritas. que dampnandos in iudicio sententialiter reprobabit: Ite maledicti in ignem eternum. qui paratus est dyabolo et angelis eius. Sed sicut dominus iudicat, in ore duorum vel trium testium stat omne verbum. quanto magis in ore tot et tantorum virorum de proposita veritate constabit. deus.

De die iudicii

Ecce dies domini veniet crudelis. Et indignationis plenus. et ire et furoris ad ponendam terram in solitudinem, et peccatores eius conterendos de ea. Quoniam stelle celi et splendores earum non pandent lumen suum. obtenebratus est sol in ortu suo, Et luna non splendebit in lumine suo. Et visitabo super orbis mala, Et super impios iniquitatem eorum, Et quiescere faciam superbiam infidelium. Et arrogantiam fortium humiliabo. Propter hoc omnes manus dissoluentur, Et omne cor hominis tabescet et conteretur. Torsiones et dolores tenebunt Et quasi parturiens dolebunt unusquisque ad proximum suum stupebit. facies combuste vultus eorum. dies ire. dies illa. dies tribulationis et angustie. dies calamitatis et miserie, dies tenebrarum et caliginis dies nebule et turbinis. dies tube et clangoris, quia consummationem cum festinatione faciet dominus cunctis habitantibus terram. Et superveniet tempestiva dies illa tamquam laqueus. In omnes qui sedent super faciem terre. Quoniam sicut fulgur exit ab oriente. Et apparet in occidentem. Ita erit adventus filii hominis.

De precedente tribulatione

Precedet autem tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi usque modo: neque fiet, Et nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro. Surget enim gens in gentem. et regnum adversus regnum. Et terremotus magni erunt per loca. Et pestilentie et fames, terroresque de celo, Et signa magna erunt. Et erunt signa in sole luna et stellis Et in terris pressura gentium. pre confusione sonitus maris. et fluctuum. arescentibus hominibus pre timore. et expectatione, que supervenient universo orbi. Surgent pseudo christi Et pseudo prophete. Et dabunt signa magna et prodigia, ut in errorem ducant. Si fieri potest: etiam electi. Tunc revelabitur homo peccati filius perditionis. qui adversatur. et extollitur, super omne quod dicitur deus. aut quod colitur. Ita ut in templo dei sedeat, ostendens tamquam sit deus. quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui. Mittet autem Elias propheta. priusquam veniat dies domini. magnus et orribilis qui convertat cor patrum ad filios. Et cor filiorum ad patres. Cum venerit autem Enoch. et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis, Et cum finierint testimonium suum bestia que ascendet de abisso, faciet adversus eos bellum. et vincet illos, ~~Et conculcabit corpora eorum~~

Et occidet. Et corpora eorum iacebunt in plateis civitatis
magne. ubi dominus illorum crucifixus est. Et post tres dies et
dimidium. spiritus vite intrabit in eos. De precedente tribulatione

Statim autem post tribulationem dierum illorum. sol obscurabitur. Et
luna non dabit lumen suum. Et stelle cadent de celo. Et
virtutes celorum movebuntur. Et tunc apparebit signum filii hominis
in celo. Plangent super se omnes tribus terre. Reges et principes. Et
tribuni. Et divites et fortes. Et omnis servus et liber abscondent se
in speluncis. Et in petris montium. Et dicent montibus et
petris cadite super nos. Et abscondite nos a facie sedentis super
tronum. et ab ira agni. quoniam venit dies magnus ire ipsorum.
Et quis poterit stare. Et mittet angelos suos cum tuba et voce
magna. Et congregabunt electos eius. a quatuor ventis celi
a summis celorum usque ad terminos eorum. Quia ipse dominus in iussu
et voce archangeli et in tuba dei descendet de celo. Et omnes qui
in monumentis sunt audient vocem filii dei. Et procedent boni in
in resurrectionem vite. mali vero in resurrectionem iudicii. Mors
et infernus dabunt mortuos suos. qui in ipsis erant. Et videbit
omnis oculus. Et qui eum pupugerunt. filium hominis venientem
in nubibus celi cum virtute multa et maiestate. Veniet
autem dominus ad iudicium non solum cum angelis sed etiam
cum senatoribus populi sui. Nobilis vir in portis vir eius
quando sederit cum senatoribus terre. Sedebunt enim et ipsi super
sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Aspiciebam
donec troni positi sunt. Et antiquus dierum sedit.
Vestimentum eius quasi nix candidum. Et capilli capitis
eius quasi lana munda. Tronus eius flamme ignis. rote eius
ignis accensus. Fluvius igneus rapidusque egrediebatur
a facie eius. milia milium ministrabant ei. Et decies
centena milia assistebant ei. Deus noster manifestus veniet.
Deus noster et non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit. Et in
circuitu eius tempestas valida. Advocabit celum desursum
et terram ut discernat populum suum. Nam congregabuntur ante eum omnes
gentes et separabit eos ab invicem. sicut pastor segregat
agnos ab edis. Et statuet oves quidem a dextris. edos autem
a sinistris.

De potentia sapientia et iustitia iudicis

O quantus erit ~~timor~~ tunc timor et tremor. quantus erit fletus et gemitus. Nam si columpne celi contremescunt, et pavent. et angeli pacis amare flebunt. peccatores autem quid facient. Sed iustus vix salvabitur. impius et peccator ubi apparebunt. Propterea clamat propheta. Ne intres in iudicium cum servo tuo. quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Si iniquitates observaveris domine domine quis sustinebit. quis enim non timeat iudicem potentissimum sapientissimum. et iustissimum. Potentissimum. quia nemo potest aufferre. Sapientissimum quem nemo potest latere. Iustissimum quem nemo potest corumpere. Si fortitudo queritur robustissimus est Sapiens corde et fortis robore. Si equitas iudicii nemo audet pro me testimonium reddere. Si iustificare me voluero, os meum me condempnabit. Pravum me comprobabit. Et si simplex fuero Ipse dixit et facta sunt. mandavit et creata sunt. qui vocat stelas et dicunt adsumus. Qui facit angelos suos spiritus. et ministros suos ignem urentem. Cui cum voluntati, nichil omnino resistit. Cui nullum verbum est impossibille. Cui flectitur omne genu. terestrium celestium et infernorum. Hunc ergo nemo potest effugere, dicente propheta. Si ascendero in celum illic es. Et si descendero ad infernum ades. Ipse scrutatur renes et corda. cuius occulis omnia nuda sunt aperta. Qui pluvie gutas, et arena ~~maris~~ dinumerat. deus scientiarum, dominus conscius omnium. Et conscius singulorum occultus, et occultorum omnium iudicator. Hunc ergo nemo potest latere sicut dicit apostolus. Non est ulla creatura invisibillis in conspectu eius. Ipse est iudex fortis, et longanimis. qui nec prece nec precio, nec amore nec odio declinat a semita rectitudinis. Sed via regia semper procedens Nullum malum preterit impunitum. Nullum bonum irremuneratum relinquit. Hunc ergo nemo potest corumpere. Unde quod inquit psalmista. Tu reddes singulis secundum opera eorum.

De divino iudicio

Quis ante non timeat. illud examen. in quo idem erit. Et accusator, et advocatus, et iudex. Accusabit eum cum dicet Esurivi, et non dedistis michi manducare. Sitivi, et non dedistis michi bibere Advocabit ~~eum~~ eum subdet, quamdiu non fecistis uni de minoribus hiis nec michi fecistis. Iudicabit eum inferens. discedite a me maledicti in ignem eternum. Non erunt testes in illo iudicio necessarii. quia tunc manifesta erunt abscondita tenebrarum, nichil enim occultum quod non revelabitur. Et tunc libri erunt aperti. et iudicabunt

mortui. ex hys que scripta sunt in libris secundum opera eorum. Quantus erit pudor in peccatoribus quanta confusio. Cum eorum nefandissima crimina cunctis erunt liquido manifesta. Beati quorum remisse sunt iniquitates. et quorum tecta sunt peccata. Ab illa sententia nusquam poterit provocari. quia pater omne iudicium dedit filio qui claudit. Et nemo aperit. et nemo claudit. Os enim domini locutum est hec. Nichil proderit dampnatis

Tunc non proderit opes, non deffendent honores. non suffragabuntur amici. Receptum est enim. Argentum et aurum non valebit liberare eos. in die furoris domini. Flebunt et plangent reges terre cum viderint fumum incendii. pre timore tormentorum eius. Quid ergo facietis. In die visitationis et calamitatis de longe venientis. ad cuius fugietis auxilium. Unusquisque enim honus suum portabit. Omnia que peccavit ipsa memoriet. O districtum iudicium in quo non solum de factis sed de omni verbo otioso quodcumque locuti fuerint homines reddituri sunt rationem. In quo usque ad novissimum quadrantem exiget debitum, cum usuris. Quis ergo fugere poterit ab ira ventura. Mittet enim filius hominis angelos suos et colligent de regno eius omnia scandala Et eos qui faciunt iniquitatem, et alligabunt fasciculos ad comburendum, et mittent eos in caminum ignis ardentis. Ubi erit fletus et gemitus. ululatus et eiulatus. luctus et cruciatus Et clamor et timor et tremor. dolor et labor. ardor, et fetor. obscuritas et anxietas acerbitas et asperitas. calamitas et egestas. Angustia et tristicia. oblivio et confusio torsiones, et punctiones. amaritudines, et terrores. fames et sitis. frigus et cauma. Sulfur et ignis ardens. In secula seculorum. Amen.

Explicit liber compositus per Innocentium papam tertium. dum adhuc esset diaconus cardinalis. de miseria conditionis humane. Deo gratias Amen.

Grates innumeras deus inclite suscipe dignas.
Quas tibi tue matri benedicte reddo marie.
Libri scriptorem vindicans inde mertrinum.

Nota iste Innocentius papa tertius rexit ecclesiam dei circa 1204. et fuit spacio temporis annis 18. me. 4. dies 24.

De trinitate, exemplum.

Pater ut fons. filius ut flumen. Spiritus sanctus ut rivulus a flumine. vel sic.
Pater ut radix. filius sic arbor. Spiritus sanctus ut flos. vel sic.
Pater sic sol. filius sic radius. Spiritus sanctus ut apex. vel sic.
Pater sic ignis. filius sic calor. Spiritus sanctus ut candor. vel sic.

31
28
31
30
31
30
31
31
30
31
30
31

430 l 8
423 l

II'

Iv